 132, 17.
 Attributiona omnia æque sunt de essentia divina.
 130, 9.
 Eademque est de essentia attributionum. 36, 3.
 Attributiona divina sunt perfectio simplicissima, licet
 per ordinem ad creaturas contineant infinitos
 gradus perfectionis qui in creaturis excogitari
 possunt. 30, 15.
- In simplicissimo attributo non est totum, nec pars,
 nec gradus, aut modus distinctus. 132, 17.
 Attributiona licet in se non distinguantur, habent
 tamen virtualement distinctionem. 38, 2 et seq.—
 130, 13.
 Attributiona Dei propria absoluta, et positiva, prædi-
 cantur de Deo essentialiter. 33, 2.
 Attributiona affirmativa quot modis sint. 30, 16.
 Quot attributiona negativa ex Scripturis colligantur.
 27, 4.
 Attributiona respectiva alia ab æterno, alia ex tem-
 pore Deo conveniunt. 30, 14.
 Ad attributiona non conveniunt proprie relationes
 ad intra. 29, 12.
 Attributiona invicem se essentialiter includunt. 38, 1.
 Attributiona ratione inter se distinguuntur. 38, 2.
 Attributionum mutua inclusio non repugnat dis-
 tinctioni rationis. 40, 8.
 Attributiona Dei absoluta sunt intellectus et voluntas,
 et solum dicunt relationem secundum dici.
 610, 1.
 Attributionum absolutum Dei est scientia. ib.
 Attributiona positiva non multiplicantur realiter in
 Deo. 611, 5.
 Attributiona omnia sunt de essentia singularum per-
 sonarum, earumque relationum, non autem e
 converso. 603, 3.
 Attributionum unum uni, et alterum cur alteri per-
 sonæ accomodetur. 611, 5 et seq.
 Quot modis comparentur attributiona divina. 41, 1.
 Nomina quibus attributiona significantur nec res-
 pectu nostri, nec beatorum synonyma sunt.
 41, 10.
 Attributiona in concreto proprie affirmantur de Deo,
 et inter se. 41, 2.
 Attributiona positiva et absoluta vere in abstracto
 de Deo prædicantur. 42, 6.
 Attributiona divina essentialia, et positiva de se invi-
 cem vere affirmantur. 42, 7-8.
 Attributiona positiva non prædicantur substantive in
 plurali de divinis personis. 612, 8.
 Bene tamen adjective. 613, 12.
 Attributionum privativum cur substantive sumptum
 in singulari tantum prædicetur. 613, 1.
 In attributionibus divinis distinctio rationalis per ordi-
 nem ad quid frequentius sumatur. 627, 16.
 Attributiona divina ipseque Deus in concreto recte
 prædicantur de abstractis. 42, 6.
 Omnia attributiona Dei sunt de essentia divinæ essen-
 tiæ. XXVI, 90, 4. et seq.
 Attributionum quodlibet Dei est de essentia alterius,
 et de essentia cujuslibet attributi est essentia
 divina. 92, 10.
 Attributiona divina, quatenus dicunt aliquid positi-
 vum, non distinguuntur in re ipsa inter sese,
 neque a Dei essentia. 89, 2.

ATTRIBUTA DIVINA PER ORDINEM AD INTELLECTUM
CREATUM.

- Beatos non posse videre Deum secundum omnia attributa, qui opinati sunt. I, 128, 2.
- Attributa omnia videri posse, sed non ita necessario ut essentia sine illis videri nequeat, qui existimarunt. 129, 6.
- Attributa omnia posse Beatos videre, sed non posse omnem modum uniuscujusque, qui existimarunt. 128, 4.
- Supposita visione per quam videatur essentia, et attributa per alium actum, posse videri unum attributum sine alio, qui defendunt. 129, 7.
- Attributa divina non oportet ut videantur a beatis per modum plurium, sed ut sunt simplex perfectio. 130, 10.
- Attributa divina ita videntur distincte a Beatis, ut non sit, nec esse possit distinctis visionibus inadæquate attingentibus ipsa. ib.
- Attributa licet a Beatis distincte cognoscantur non videntur tamen ut distincta in re. ib.
- Attributa ita a Beato videri possunt, ut cognoscantur ratione distinguibilia ab inferiore intellectu. ib., 11.
- Non est tamen necesse. ib.
- Attributa non est necesse ut videantur a Beato cum omni habitudine ad creaturas. 130, 11 — 131, 14.
- Attributa divina non esse plura quam quæ a nobis cognoscuntur, probabilius est. ib.
- Attributorum qui cognoverit existentiam, et quod sint, cognoscat necesse est quidditatem, et quid sint. 132, 17.
- Attributum quodvis non potest videri sine alio nec per verbum inadæquatum. 133, 20-21.
- Attributa necessario videbit qui videt essentiam, non vero visa essentia, divinæ voluntatis decreta necessario videbuntur. 140, 3-4.
- Attributum unum, ad hoc ut prius alio intelligatur quid sufficiat. 255.
- Attributa adeo necesse est videre qui videt essentiam ut posita visione nec de potentia absoluta aliud fieri possit. 129, 8-9.
- Vide SINGULA DEI ATTRIBUTA I.
- Excellentia divina, quatenus coalescit ex omnibus attributis, est ratio ob quam religio colit Deum. XIII, 14, 4.
- Ratio primi principii non est distinctum attributum ab aliis. ib.
- Ex pluribus attributis coalescit ratio primi principii. ib.

ATTRIBUTA DIVINA PRÆDICANDA DE CHRISTO.

- Attributa personalia Patris et Spiritus Sancti non prædicantur de Christo. XVIII, 223, 3.

- Attributa divina dicuntur de Christo, sed non cum reduplicatione ut homo. 225, 4.
- Attributa quædam Christo conveniunt ratione utriusque naturæ. ib.
- Attributa creaturarum conveniunt Christo, quando non includunt suppositum creatum, et ex nihilo productum. 245, 5.
- Attributa divinitatis, sive in concreto, sive in abstracto, non possunt de humanitate prædicari. 220, 2.
- Attributa Dei simpliciter prædicantur de Christo et de homine substantiali prædicatione vera et propria. 223, 2.
- Attributa divinitatis et ipsa divinitas non possunt prædicari de Christo denominative. 224, 1.
- Attributa divinitatis, qua ratione humanitati Christi interdum communicari possint. 224, 5.
- Attributa humanitatis, neque in concreto, neque in abstracto, de divinitate prædicari possunt. 224, 4.

ATTRITIO.

- Attritio vel contritio naturalis, an dari queat sine gratia. VII, 574, 6 et seq.
- Actum attritionis vel contritionis in sacramento pœnitentiæ efficere ut instrumentum gratiam sanctificantem, probabile est. IX, 323, 1.
- Attritio, vide MERITUM DE CONDIGNO, ET DE CONGRUO. IX.
- Attritus vel contritus, Baptismum recipiens, vel cogitatione distractus, vel dormiens, vel in amentiam lapsus, effectum sacramenti consequitur. 15, 8-9.
- Attritio nullum amorem requirit etiam imperfectum. XVII, 144, 10.
- Attritio, quæ de se non est sufficiens dispositio ad justificationem, in sacramento propter Christi meritum acceptatur ut sufficiens. XVIII, 357, 7.
- Attritio, quæ est dispositio ad primam gratiam in sacramento, non est meritoria novi augmenti eodem instanti conferendi. XX, 120, 5.
- Sola attritio etiam cum voto sacramenti non sufficit impetrare remissionem peccati. 123, 3.
- Attritio cognita sufficit in sacramento pœnitentiæ. 299, 5.
- Quæ sufficit ad effectum baptismi, sufficit ad effectum pœnitentiæ. 507, 17.
- Non sat est haberi voto. 507, 18.
- Vide SACRAMENTA NOVE LEGIS, verb. Dispositiones, Effectus, et BAPTISMUS, eisdem versiculis, SACRAMENTA IN COMMUNI, verb. Minister, EUCHARISTIA, verbo Minister et subjectum, XX, CHRISTUS IN EUCHARISTIA, verbo Christi cognoscibilitas, XXI.
- Attritio non fit contritio. XXII, 107, 1.
- Licet possit attritus fieri contritus. ib.

Idque tribus modis. 111, 15.
 Attritio potest contritionis honestatem participare
 per relationem extrinsecam. 110, 13.
 Debet esse actus supernaturalis. 99, 4.
 Includitque propositum non peccandi. 100, 5.
 Ex vi præcepti annuæ confessionis non tenetur
 qui confiteri non potest ad habendam attri-
 tionem. 330, 14.
 Licet timeat oblivionem peccatorum. 331, 15.
 Dolor de peccato ex humano motivo, turpi aut
 honesto, non est attritio. 99, 2.
 Attritio etiam, ut pars sacramenti, esse debet ex
 motivo supernaturali. 431, 10.
 Attritio subsequens confessionem non est pars sacra-
 menti. 442, 20.
 Neque attritio de peccatis ex justa causa in con-
 fessione omissis. 444, 23.
 Est tamen per se necessaria ad sacramenti valo-
 rem. ib.
 Si ex ignorantia culpabili desit attritio peccati
 etiam in confessione obliti, confessio est nulla.
 444, 25.
 Si tamen ignorantia sit inculpabilis, confessio
 est valida, sed informis. 444, 25-26.
 Attritio, ut est dispositio ad venialis remissionem,
 vide VENIALE PECCATUM, § Remissio. XXII.
 Attritionis descriptio ex Tridentino. 99, 1 et seq.
 Sufficiens dividitur in eam quæ est ex timore
 gehennæ, et eam quæ est ob fœditatem pec-
 cati. 102, 1.
 Attritio ex timore gehennæ, a qua virtute proce-
 dat. 106, 10.
 Attritio ob fœditatem peccati esse potest superna-
 turalis, et ex auxilio gratiæ. 106, 11.
 Attritio differt essentialiter a contritione. 100, 6.
 Non in conditionibus, sed in motivo. 101, 9.
 Attritio non includit dilectionem Dei super omnia,
 sicut contritio. 101, 10.
 Attritio non semper detestatur peccatum supra
 omne detestabile, sicut contritio. ib.
 Attritio non semper ex motivo universali, sicut
 contritio. 102, 11.
 Unde non semper est sufficiens dispositio absolute
 ad gratiam cum sacramento, sed respective.
 102, 12.
 Attritio non semper procedit ex voluntate des-
 truendi culpam, sicut contritio. 102, 13.

AUCTOR.

Auctor operis imperfecti in Matth. cum Semipe-
 lagianis non sentit. VII, 244, 17.
 Quantum distet sententia auctoris a sententia
 Gallorum et Semipelagianorum. X, 332, 2.
 Auctoris observantia et pia lenitas, et bona vo-
 luntas erga regem Jacobum, cujus librum re-
 fellit, nitet in toto opere; quædam loca hic no-

tantur. XXIV, 102, 1 — 116, 13 — 117, 2 — 124,
 13 — 180, 1 — 199, 12 — 532, proœm.
 Auctoris modestia in respondendo probris et ma-
 ledictis Jacobi regis contra Pontificem Roma-
 num ejusque defensores, præcipue socios Jesui-
 tas. 600, 7 — 603, 14 — 644, 14.
 Auctor adhortatur Jacobum regem ad veram Ro-
 manam religionem. 124, 13.
 Auctor adhortatur Jacobum regem ad standum
 in fide, quam christianis principibus dedit de
 mutanda sententia si convinceretur. 199, 12.
 Auctor adhortatur Jacobum regem ad cognos-
 cendum sanctum principatum Romani Ponti-
 ficis. 351, 13.
 Qua de re cupit cum rege clam colloqui. ib.
 Auctor adhortatur Jacobum regem ad deponen-
 dum quod habet odium contra immunitatem
 ecclesiasticam. 529, 47.
 Auctor exponit quid in hoc opere curaverit, et
 deinde quid a rege Jacobo exoptet. 733, 13 et seq.

AUCTORITAS.

Ab auctoritate duplex argumentandi modus de-
 sumitur. I, 386, 1 — 388, 1.

AUDACIA.

Audacia et timor non sunt proprie in Deo I, 219, 8.
 Audaciam dari in nobis ostenditur. IV, 469, 2.
 Ejus objectum, quidditas et causæ. 469, 3.

AUDACIA CHRISTI.

Audacia appetitus quomodo in Christo fuerit.
 XVIII, 204, 6.
 Audacia perfectissime in Christo fuit. 302, 6.

AUDITIO ANGELORUM.

Ut audiat Angelus novam in se speciem recipit a
 loquente. II, 269, 37 et seq.
 Auditio hæc intuitiva est locutionis alterius. ib.
 Objecti vero abstractiva. 270, 39-40.
 Ab audiente Angelo speciem ad audiendum prin-
 cipaliter produci absurde docuit Richardus. 276,
 58 et seq.
 Audiens Angelus necessario sentit productam in
 se de novo speciem. 277, 61.
 Potest tamen suspendere cognitionem de ipso ob-
 jecto. 277, 62.
 Audiens Angelus potest certo judicare, quis se-
 cum loquatur. 273, 49.
 Unde ut colligat. 273, 50.
 Vide etiam LOCUTIO. II.

AUDITORATUS.

Auditoratus rotæ, vide SIMONIA. XIII.
 Auditoratus et clericatus cameræ conveniunt cum
 beneficiis in jure spirituali et temporali. XIII,
 769, 28.

AUDITUS, AURIS.

- Auditus organum est quidpiam aereum, non purus aer. III, 685, 4.
 Nec nervus a cerebero ad aures descendens. *ib.*, 3.
 Aurium anfractus ad quid a natura instituti. *ib.*, 2.
 Auditus organum quomodo, juxta Aristotelem, immobile. *ib.*, 4.
 Auditus in quibusdam animantibus medio in corpore residet. 686, 5.
 Auditum pollere apes, probabilius. 710, 4.
 Vide plura verbo SENSUS EXTERIOR, et verbo SONUS.
 Ad auditum fidei an et quomodo compelli possint infideles non apostatæ, subditi aut non subditi, vide INFIDELIS. XII.
 Quomodo futurus in corpore glorioso. XIX, 835, 12.

AUGERE et AUGMENTUM.

- Per omne augmentum gratiæ justificationis fit mentio invisibilis. I, 786.
 Vide BEATITUDO. II.
 Augeri gratiam qui negaverint. IX, 453, 2 et seq. Et refutantur. 454, 5 et seq.
 Augetur gratia ex opere operato, etiam in utentibus ratione. 456, 10.
 Augetur gratia ex opere operantis, quamvis actus supernaturales non producant habitus. 457, 11 et seq.
 Augeri gratiam et habitus virtutum per actus bonos, late ostenditur. 459, 4 et seq.
 Non formaliter, quasi ipsi actus multiplicati sit ipsa major sanctitas. 460, 8 et seq.
 Sed effective moraliter, idque variis modis. 462, 12.
 Augmentum gratiæ in substantia animæ non fit per opera naturalis ordinis. 464, 1.
 Augmentum gratiæ semper contingit justis adultis de condigno. 464, 2.
 Non fit juxta proportionem physicam operum. 473, 23 et seq.
 Augeri gratiam per actus remissos, late ostenditur. 469, 15 et seq.
 Augmentum gratiæ vel charitatis in instanti glorificationis non potest tunc contingere ex dispositione recipientis. 467, 10 et seq.
 Augeri gratiam non est eandem jam habitans novo titulo mereri. 470, 16.
 Augmentum gratiæ dandum tandem aliquando probatur. 473, 23 et seq.
 Id vero datur statim ac ponitur meritum. 474, 25 et seq.
 Etiam si meritum sit alterius virtutis a charitate. 479, 37.
 Augmentum gratiæ, vide GRATIA. IX.

AUGUSTINUS.

- Augustinus non censet omnia infidelium opera esse peccata. VII, 395, 7 et seq.

- Augustini liber de Gestis in Concilio Palæstino contra Pelagium denuo inventus, ab auctore in hoc tomo insertus, et magna ex parte explicatus, illius esse opus genuinum, approbatur. 323.
 Quanta sit D. Augustini auctoritas in doctrina et dogmatis divinæ gratiæ. 317, 13.
 Varia ejusdem Augustini encomia. 315, 14.
 Illius doctrina de Gratia an sit de fide. 317, 16.
 Augustini sententia de gratia operante et cooperante examinatur. VIII, 95, 1 et seq.
 Utrum Augustinus physicæ prædeterminationi aliquando faveat. 609, 1 et seq.
 Expenditur sententia Augustini in quæst. 1 ad Simplicianum. X, 547.
 Quo sensu dicat Augustinus aliquas voluntates non esse a Deo. XI, 63, 11.
 Quid Augustinus sentiat de reprobatione positiva. 124, 4.
 Circa permissionem peccati exponitur. *ib.*
 Augustinus non sentit unquam determinari nos ad actus malos. 104, 24-25.
 Quo sensu Augustinus dicat, solum Deum præstare ut voluerimus. 175, 7.
 Defenditur liber de Ecclesiasticis dogmatibus. 189, 7.
 Duplex vocatio gratiæ ex Augustino, communis, scilicet, et propria seu congrua. 202, 12.
 Quæ sit efficax seu congrua ex eodem. *ib.*
 Augustini mens de gratia efficaci. 238, 15.
 Doctrinæ nomine interdum intelligit Augustinus internam vocationem. 239, 17.
 Mens Augustini de electione ad gloriam. 259, 3 et s.
 Per electionem ad gratiam intelligit Augustinus electionem ad gloriam. 261, 1 et seq.
 Quo sensu possit intelligi illud Augustini: *Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris.* 340, 20.
 Quo sensu Augustinus dicat Adæ datum esse auxilium ut perseverare posset, et non ut perseveraret, quod tamen datur electis. 379, 23.
 Augustinus post Baptismum et ante reditum in Africam religiosæ vitæ modum inivit, non tamen proprie religiosus fuit. XVI, 528, 1 et seq. — 534, 18.
 Post reditum vero in Africam, etiam ante presbyteratum, vere fuit religiosus, et monachorum institutor. 531, 10 et seq.
 Regulam religiosam scripsit, et quam. 533, 14.
 An regulam scripserit pro Canonicis regularibus, an pro eremitis. 534, 15.
 Vide etiam CANONICI REGULARES, et EREMITÆ. XVI.

AUGUSTUS CÆSAR.

- Quomodo imperare cœpit, et quandiu imperavit. XIX, 394, 8-9.
 Quo tempore monarcha fuit. *ib.*
 Quot annis Christus vixit Augusto imperante. *ib.*

AUREOLÆ.

- Aureolæ dantur tres in patria. IV, 132, 1-2.
 Quid sint. 132, 3-4.

AUSTERITAS.

- De austeritate vitæ Christi, vide CHRISTI VIVENDI RATIO. XIX.
 Quid et qua ratione conferat ad perfectionem virtutis. XIX, 424, 4.
 Ex vitæ austeritate perfectio vitæ et religionis haudquaquam sumenda. ib.
 Pietas et opera misericordiæ vitæ austeritati præferenda. ib.

AUXILIUM.

- Auxilium speciale Dei necessarium est ad perseverandum in gratia. I, 462, 6 — 492, 6.
 Auxilium ad perseverandum in gratia vocatur donum perseverantiæ quod ex parte Dei paratum est omni facienti quod in se est cum illo. ib.
 Auxilium majus et majus beneficium inter se maxime differunt. 522, 8.
 Auxilia prævenientia et excitantia prædestinatis collata, sunt prædestinationis effectus. 469, 5.
 Lumen gloriæ vel aliquod speciale auxilium necessarium est ad visionem beatam. 111, 5.
 Actus fidei et charitatis sæpe fiunt sine habitu, sed ex speciali auxilio. 111, 6.
 Speciale Dei auxilium necessarium est ad perseverantiam in gratia. 462, 6.
 Auxilio speciali non egent Angeli ad servandam totam legem naturæ. II, 392, 16-17.
 Cum æquali auxilio præveniente quidam Angeli steterunt, quidam ceciderunt. 629, 15-16.
 Id auxilium majus fuit in ratione beneficii in illis qui steterunt. 629, 17.
 Speciale auxilium adjuvans et concomitans receperunt sancti Angeli in secundo instanti, non vero mali, quamvis fuerit oblatum. 629, 18.
 Imo si secunda mora successionem habuit, verisimile est, post primam deliberationem datum fuisse sanctis Angelis speciale auxilium præveniens majus, etiam in ratione auxilii, quo confirmarentur. 630, 19 et seq.
 Auxilia physice sufficientia, in via, non negavit Deus Angelis lapsis. 963, 17 et seq.
 Negavit tamen excitantia et prævenientia uberiora. 963, 23.
 Et consequenter negavit moraliter sufficientia. 963, 25.
 Auxilium efficax physice prædeterminans non est admittendum. VII, 43, 28.
 Auxilium efficax per vocationem congruam datum libertatem non aufert, nec ad suppositionem antecedentem pertinet. ib.
 Auxilium gratiæ concurrit per se et physice ad actus supernaturales, ad naturales tantum moraliter. 616, 7.
 Ad credendum omnia et singula media necessaria ad salutem, est necessarium aliquod auxilium gratiæ. 715, 1.
 Ad amorem Dei super omnia naturalem non requiritur auxilium ordinis supernaturalis. 542, 11.
 Speciale gratiæ auxilium ad theologiam discendam requiritur. 151, 8.
 Quid sit, et quotuplex internum gratiæ auxilium. VIII, 4, 1 et seq.
 Utrum auxilium excitans sit primum in ordine gratiæ sanctificantis adultorum. 9, 1 et seq.
 Divisio auxilii moraliter vel physice adjuvantis exponitur. 65, 1 et seq.
 Ad actus supernaturales necessarium non esse auxilium prævium per modum concursus, sed simultaneum sufficere. 250, 1 et seq.
 An recte auxilium gratiæ in sufficiens et efficax dividatur. 256, 1 et seq.
 Utrum auxilium sufficiens non solum homini sit necessarium ut possit operari, sed etiam ut operetur aliquo modo tribuat. 263, 1 et seq.
 Utrum auxilium sufficiens sit verum auxilium gratiæ internæ distinctum a lege, revelatione et doctrina. 272, 1 et seq.
 Utrum auxilium sufficiens internum in sola gratia excitante consistat et cum illa convertatur, seu idem omnino sit. 277, 1 et seq.
 An auxilium aliquod vere sufficiens sit ex se inefficax, vel unde id habeat quando tale esse contingit. 284, 1 et seq.
 Utrum auxilium sufficiens detur interdum prædestinatis vel reprobis. 293, 1 et seq.
 Utrum auxilium sufficiens detur omnibus hominibus adultis, quantumvis reprobi sint. 297, 1 et seq.
 An et quomodo fidelibus semel justificatis, qui tandem non salvantur, detur auxilium sufficiens ad salutem æternam. 302, 1 et seq.
 Quid Augustinus senserit de sufficienti auxilio, an omnibus adultis detur. 355, 1 et seq.
 Utrum auxilia sufficientia omnibus hominibus æqualiter conferantur ex parte Dei, vel unde eorum varietas seu inæqualitas oriatur. 369, 1 et seq.
 De concordia liberi arbitrii cum necessitate sufficientis auxilii prævenientis. 376, 1 et seq.
 Quotuplex sit auxilium efficax. 386, 1 et seq.
 Utrum auxilium efficax sit ad singulos actus pietatis necessarium, vel solum ad aliquos, vel aliquam eorum multitudinem. 391, 1 et seq.
 Utrum auxilium efficax in omni statu et in omnibus personis sit ad salutem et ad omnes pietatis actus necessarium. 393, 1 et seq.
 Utrum auxilium sit excitans, seu in aliqua excita-

- tione positum, præsertim juxta mentem Augustini. 404, 1 et seq.
- An efficax auxilium consistat in motione, vel in effectione de se et natura sua prædeterminante physice voluntatem humanam ad unum actum, et exercitium ejus. 409, 1 et seq.
- Utrum auxilium efficax, necessarium ad pie operandum, sit positum in aliqua excitatione per se, et ex vi suæ naturæ, ac præcise entitatis prædeterminantis physice voluntatem ad consensusum. 416, 1 et seq.
- Proponitur opinio affirmans efficaciam auxilii prævii consistere in physica prædeterminatione voluntatis per modum actus primi, ac proinde talem prædeterminationem ad omnes et singulos actus pietatis esse necessariam. 429, 1 et seq.
- Directe ostenditur auxilium efficax necessarium ad singula supernaturalia opera, non posse consistere in motione vel qualitate prædeterminante physice in actu primo voluntatem ad consensusum. 433, 1 et seq.
- Utrum possibile sit auxilium efficax physice prædeterminans voluntatem in actu primo, salvo libero usu ejusdem voluntatis in eodem actu secundo, ac subinde an libertas quoad exercitium in actu voluntatis simul possit cum auxilio, physice et in actu primo prædeterminante voluntatem, concordari. 457, 1 et seq.
- In humana voluntate non posse simul esse auxilium ex se ac physice illam prædeterminans cum potestate resistendi eidem auxilio. 462, 1 et seq.
- Auxilium, si ex se sit efficax ac physice prædeterminans, non posse a libero usu pendere, sed necessitatem antecedentem inducere. 465, 1 et s.
- Vis superioris discursus alio modo manifestatur, et argumentis satisfit. 469, 1 et seq.
- Utrum auxilium efficax prædeterminans physice voluntatem influendo immediate in actum ejus liberum, possibile sit. 487, 1 et seq.
- Quid addat auxilium efficax auxilio præveniienti sufficienti, seu vocatio efficax generali ac sufficienti vocationi, et an per congruitatem vocationis hoc sufficienter explicetur. 497, 1 et seq.
- Duabus objectionibus contra superiorem doctrinam satisfit. 500, 1 et seq.
- Satisfit alteri objectioni, et a variis incommodis doctrina data vindicatur. 504, 1 et seq.
- Concluditur vera concordia libertatis auxilii cum efficaci auxilio, ejusque necessitate in gratiæ operibus. 510, 1 et seq.
- Aliis objectionibus contra superiorem concordiam ab incommodis desumptis satisfit. 516, 1 et seq.
- Doctrina data de auxilio efficaci, et concordia ejus cum libero arbitrio, verbis Christi, Matth. 11, comprobatur. 526, 1 et seq.
- Quid post Augustinum Patres Latini de auxilio efficaci senserint. 633, 1 et seq.
- Quid D. Thomas de hac controversia seu de auxilio gratiæ efficaci senserit. 622, 1 et seq.
- Auxilii supernaturalis carentia per peccatum incursum, pœna est, non culpa. IX, 213, 29.
- Auxilia sufficientia ad conservandam gratiam dantur omnibus justis de lege ordinaria; non tamen omnia sunt debita eorum gratiæ. 578, 2 et seq.
- Sed debita meritis Christi ad hoc applicatis. 581, 10.
- Deus auxilia sine termino intensa, ut homines sine termino in gratia proficiant, non præparavit. 499, 13.
- Auxilium ad perseverandum tam in bono morali quam supernaturali, multo majus est quam ad unum vel alterum opus. 577, 16.
- Auxilium speciale dupliciter sumitur. 573, 6.
- Sumitur etiam tripliciter. 514, 11.
- Auxilium speciale quodnam requiratur ad conservandam diu gratiam. 573, 8.
- Auxilium speciale proprie non requiritur ad singula opera supernaturalia justorum. 573, 12.
- Auxilia quoque comprehendunt Patres nomine gratiæ justificantis. 578, 3.
- Auxilium sufficiens dari, quam certum. X, 304, 1.
- Datur aliquod auxilium tantum sufficiens. 304, 3.
- An tale auxilium sistat in ratione sufficientis, et ad effectum non perveniat ex defectu ulterioris auxilii quod in potestate hominis non sit, vel ex incongruitate aliqua a Deo intenta et captata, vel tantum ex hominis defectu et libertatis abusu. ib.
- Supponitur dari auxilium efficax. 304, 1.
- Per efficaciam auxilii quid significetur. 305, 1.
- In quo sensu possit dici auxilium efficax proprium esse prædestinatorum; sufficiens reproborum. 306, 3.
- Etiam in reprobis dantur multa auxilia efficacia ad eos effectus propter quos proxime dantur. 307, 1.
- Auxilium efficax quodnam sit. 308, 2.
- Auxilium sufficiens, quid. ib.
- Si auxilium sufficiens est vere sufficiens, cur nunquam consequitur effectum actus secundi. ib. 4.
- Cur tale auxilium non dicatur potius inefficax quam sufficiens. 309, 2.
- Auxilium sufficiens ex se, unde habeat quod sit inefficax. ib.
- Divisio auxilii gratiæ in excitans et adjuvans. ib. 3.
- Vide GRATIA. X.
- An efficax auxilium sit solum concomitans vel etiam præveniens. ib.
- An auxilium præveniens sit efficax et differat a sufficiente in additione auxilii præveniientis completis efficaciam. ib.

- An Deus per auxilium faciat ut velimus. 310, 2.
 Diversitas opinionum quoad auxilium concomitans. ib. 3.
 Opinionum diversitas ex parte auxilii prævenientis. 311, 2.
 Auxilium præveniens manens in ratione prævenientis potest esse et dici efficax. ib.
 Efficacia auxilii prævenientis, quatenus tale est, unde proveniat. 312, 1.
 Tria auxilia ad actum conversionis a quibusdam requisita. 313, 3.
 Secundum genus auxilii rejicitur. 316, 2.
 Per alia duo sufficienter salvantur omnia quæ de efficientia gratiæ fides docet. ib.
 De modo sufficientiæ et efficientiæ primi auxilii magna differentia. ib.
 Quidam Doctores, ponentes secundum auxilium, interdum insinuant non esse necessarium tertium. 316, 3.
 Investigatur mens auctorum secundi auxilii. 316, 4.
 Tale genus auxilii non legitur in Scripturis, neque in Conciliis, neque in Patribus. 318, 2-3.
 Cur illud genus auxilii auctor non admittat. 319, 2.
 Primum auxilium unde cætera incipiunt, prima gratia appellatur. 353, 1.
 Primum auxilium etsi non sit efficax sine nobis libere cooperantibus, tamen non est efficax ex merito nostro. 354, 1.
 Quæ sit differentia in auxiliis comitantibus. 369, 5.
 Auxilium concomitans, etiam primum, est aliquo modo debitum ex vi primi auxilii excitantis. 363, 4.
 Auxilia prævenientia et concomitantia ut distinguuntur. 369, 4.
 Auxilium efficax proprium est ordinis gratiæ, et peculiariter requisitum ad actus liberos supernaturalis ordinis. 404, 1.
 Auxilium per modum principii distinguitur in illud quod datur per modum habitus, vel per modum actualis motionis. 418, 4.
 Distinctio auxilii in auxilium per modum concursus et per modum principii. ib. 3.
 Auxilium prædeterminans reipsa distinguendum a concursu Dei. 419, 1.
 Non posse dari auxilium physice prædeterminans quod a solo Deo fiat. 430, 2.
 Quid intelligatur nomine auxilii Dei moventis. XI, 22, 3.
 Quid sit auxilium Dei per modum concursus. 163, 3.
 Si concursus Dei inter auxilia numeretur, nunquam æquale est auxilium ejus qui convertitur, et ejus qui non convertitur. 276, 3.
 Potest fieri ut cum æquali auxilio ex parte principii unus convertatur, et non alius. 277, 4.
 Qui majus habet auxilium potest non converti, et qui minus, intensius operari. 279, 8.
 Qui convertitur, majorem gratiam moraliter in ratione beneficii recipit. 280, 10 — 387, 48.
 An aliam physice et in ratione auxilii. ib.
 Quid addat auxilium efficax supra sufficiens, et in quo consistat ejus efficacia. 288, 3.
 Quid sit, juxta eos qui contendunt consistere in physica motione voluntatis, et quid de illo doceant. 377, 3 et seq.
 Non est juxta eos in hominis potestate recipere aut non recipere auxilium efficax. 377, 10.
 Auxilium supernaturale necessarium est ut oratio rite fiat. XIV, 27, 2.
 Auxilium sufficiens absolute est petendum. 80, 7.
 Auxilium sufficiens, quia non sit efficax, homo est in causa. ib.
 Auxilium Dei potest esse necessarium, ut hoc numero opus fiat, cum alioqui in specie fieri possit. 84, 18.
 Auxilium ad orandum, quatenus cadat vel non cadat sub impetrationem. 98, 5.
 Auxilium extraordinarium moraliter est sæpe necessarium. 113, 17.
 Auxilia orationem juvantia. 138, 24.
 Auxilium omne gratiæ excitantis et adjuvantis usque ad justificationem datur nobis ex meritis Christi. XVIII, 356, 4 et seq.
 Auxilia gratiæ omnia, quæ hominibus justificatis conferuntur, sunt ex meritis Christi. 361, 2.
 Auxilia gratiæ extraordinaria et uberiora, quæ interdum homini justo conferuntur, ex meritis Christi dantur. ib.
 Efficax multis negatur. XXII, 137, 2.
 Sufficiens omnibus paratum est. 137, 3 — 142, 20.
 Neminique negatur in pœnam peccatorum certa lege statutam. 137, 3.
 Aliquando Deus propter peccatum interficit, licet auxilio sufficiente non privet. 140, 12.
 Cur in hac vita aliqui in gratia confirmantur, nemo autem deseratur. ib.
 AVARITIA.
 Judam movit ut venderet Christum. XIX, 540, 10.
 AVES.
 Aves in prima molitione ex qua materia productæ. III, 164, 13 et seq.
 Vide ANIMALIA. III.
 AZYMUS, AZYMORUM FESTUM.
 Cur introductum. XIX, 653, 20.
 Distinctum a festo Phase paschæ. 647, 2 et seq.; et de eorum præcepto et differentiis, late.
 Azyma etiam extra Hierosolymam celebrantur, et quo tempore. 650, 11.
 Azymus panis vere et simpliciter panis. XX, 811, 8.
 Azymorum dies septem, a vespera, qua agnus

comedebatur, quæ erat ultima decimæ quartæ lunæ, a qua prohibebatur fermenti usus, usque ad ultimam vigesimæ primæ computabantur. 739, 5.
 Azymorum observantia magis in privatione fermenti quam in usu azymi consistebat. 740, 7.
 Solum hi septem dies erant azymi, nec ullus unquam alius institutus. 741, 10.
 Primus dies azymorum supponit in veteri testamento pro decima quinta luna. ib.
 Cum autem in testamento novo decima quarta luna dicitur dies azymorum, de ejus ultima ves-

pera intelligendum. ib., 12.
 Primus tantum et ultimus dies festivi erant in solemnitate azymorum. 742, 13.
 Decima quinta luna non solum primus solemnitate azymorum, sed primus azymorum dies simpliciter dicebatur. 743, 15.
 Sola ultima vespera decimæ quartæ lunæ sacra erat. 745, 19.
 Inter vesperam, qua agnus immolabatur, et festivum diem azymorum, nullum feriatum tempus mediabat. 746, 20.

B

BABYLON.

Babylonicæ captivitates tres fuerunt. XVII, 274, 13.
 Babylonicæ captivitatis septuaginta anni, unde inchoentur. ib., 14 et seq.
 Quando finiantur. ib.
 Babylonis reges captivitatis tempore, quot fuerunt. 276, 20.
 Babylon mystice. XXIV, 556, 2.
 Vide ROMA. XXIV.

BAIUS.

Baii error asserentis gravem tentationem necessitare voluntatem ad peccandum. VII, 496, 21-22.
 Baii errores latissime referuntur. 283, 1.
 An omnes illius propositiones sint damnatæ. 289, 9
 Contra eundem Bulla Pii V et Gregor. XIII, 283, 2.
 Censura utriusque, et quas propositiones comprehendat. 289, 9 et seq.
 Baius non est inter hæreticos recensendus. 271, 11.
 Baius negavit ad meritum de condigno vitæ æternæ necessariam esse gratiam habituales in operante. X, 81, 1.

BALAAH.

An Balaam vocatus fuit ut ariolus, non ut propheta. XIII, 645, 9.
 Balaam, vide SIMONIA. XIII.

BALSAMUM.

Tempore Plinii in sola Judæa reperiebatur, et in parva quantitate. XX, 634, 4.
 Postea magna ejus copia in Palæstina. 638, 16.
 Balsami plantam Salomoni obtulit Regina Saba. ib.
 Nunquam defecit in Ecclesia ad conficiendum chrisma. ib.
 Ex India allatum univoce balsamum cum Syriaco. ib.
 Vide verbum SACRAMENTUM CONFIRMATIONIS, § Materia. XX.

BAPTISMUS.

NOMEN BAPTISMI.

Exteriorem corporis ablutionem sub præscripta forma verborum significat. XX, 323, 2.

INSTITUTIO BAPTISMI.

An institutum sacramentum in Christi baptisate. XIX, 383, 2.
 Primo et per se ad remittendum originale peccatum, et primam gratiam dandam institutus. XX, 105, 2 — 192, 7.
 Secundario ad consignandum nos caractere Christi. 192, 7.
 Immediate a Christo institutus. 327, 2.
 Et ante Christi passionem, tam quoad materiam, quam formam, et intrinsecam efficaciam. 328, 4-5.
 Non tamen antequam Christus baptizaretur a Joanne, institutus, sed eo die, quo Christus baptizatus est, vera materia, et forma indicata, et opportuno tempore institutio tradita fuit. 331, 1 et seq.
 Significat Christi passionem, et resurrectionem, ut præteritam, non ut futuram. 330, 5.
 Baptismus convenienti tempore fuit institutus post Christi mortem. XXII, 20, 13.

ESSENTIA ET INDIVIDUATIO BAPTISMI.

In quo a cæteris sacramentis distinguatur. XX, 111, 5.
 Sacramentum regenerationis, seu ad spiritualem fidelium regenerationem institutum, definitur. 325, 5.
 Statim ac perficitur forma supra sufficientem ablutionem, licet non supra totam, quæ a ministro fit, perficitur sacramentum. 342, 14.
 Est unus unitate specifica et atoma. 367, 2-3.

Multiplicatur numerice pro diversitate subjecto-
rum, in quibus recipitur. 369, 1.
Iterari non potest in eodem subjecto. 369, 4.
Iterantis baptismum culpa et pœna, infra, vers.
Minister et vers. Subjectum.
Si sit probabile dubium, an fuerit datus, debet
sub conditione iterari. 372, 8 — 608, 1-2.
Hoc dubium et facti et juris esse posse, et quid
utrumque faciat probabile. 372, 9.
Si omnibus cæremoniis servatis, substantialis error
intercedat, substantialia iteranda, non cære-
moniæ. 614, 17.

MATERIA BAPTISMI.

Materia remota est aqua. Et congruentiæ hujus
materiæ ad significandum effectum baptismi.
XX. 336, 4 et seq.
Debet esse aqua simplex et usualis, quæ in quavis
quantitate sufficit, dummodo ad abluionem sit
satis. 337, 9 — 342, 13.
Aqua congelata, vel quælibet alia ex herbis vel
aliis rebus distillata, similiter et nix, insufficiens
materia. 337, 9 — 339, 2.
Ablutio est materia proxima. 339, 1.
Ut habet modum passionis. 339, 3 et seq.
Ablutio est contactus corporis liquidi cum corpore
abluendo, per successivam partium effusionem,
facilemque earum divisionem per corpus. 340,
4-5.
Vera ablutio sine emundatione a sordibus, quæ
est ejus effectus, inveniri potest. 340, 5-6.
Non infert in corpore abluti passionem aliquam
ex propria sui ratione, sed illum tantum suc-
cessivum contactum. 340, 6.
Solum addit supra aquam modum successivæ
applicationis. 341, 8.
Hæc ablutio in aliqua principali parte corporis
debet fieri, ut in capite, pectore, humero, vel
scapulis. 341, 9.
In pede fieri poterit in periculo mortis, eo autem
evaso, debet conditionate iterari baptismus. 341, 11.
Non requiritur minor ablutio in extrema neces-
sitate quam extra illam. 341, 12.
Ablutio, sive per aspersionem sive per immersio-
nem, unam vel trinam, sufficit ad sacramentum.
344, 3.

FORMA BAPTISMI.

*Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus
Sancti*, sufficiens et necessaria forma. XX. 350, 2-3.
*Baptizetur servus Christi, in nomine Patris, et
Filii et Spiritus Sancti*, sufficiens et Græcis le-
gitima. 350, 4.
Necesse est in hac forma exprimi actum bap-
tizandi, ut exercitum, per verbum *Baptizo*, vel
alia synonyma. 351, 1-2.

Similiter et personam, cui applicatur, proprio vel
demonstrativo nomine singulari vel plurali.
353, 6.
Expressa invocatio trium personarum distinctarum
necessaria. 355, 4-5.
Et quatenus sunt unum in natura, ut significatur
per particulam, *In nomine*. 357, 8.
Non tamen est de ejus essentia, ut exprimat per-
sonam ministri, etiam in Ecclesia Latina, licet
conformius sit Christi institutioni illam expri-
mere. 352, 4-5.
Baptismus in nomine Dei vel Christi datus nullus
est. 356, 6-7.
Nunquam Apostoli baptizaverunt *in nomine Christi*,
etiam speciali dispensatione. 358, 11.
*Ego te baptizo in nomine Patris, et in nomine Filii,
et in nomine Spiritus Sancti*, sufficiens forma.
357, 10.
Omnia forma, in qua expressa invocatio Trinitatis
mutatur in implicitam vel confusam, insufficiens
est. 362, 3.
*Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, et pro-
cedentis ab utroque*, probabilis forma, probabi-
lius tamen oppositum, unde baptismus sub ea
datus sub conditione iterandus. 363, 4.

MINISTER BAPTISMI.

Baptismus an, ubi, et qua ratione religiosi ex
vi suorum privilegiorum, ministrare possint.
XVI, 1010, 3.
Baptismus infidelibus adultis, aut parvulis infi-
delium, an possint ministrare religiosi virtute
suorum privilegiorum. 1011, 7-8.
Potestas baptizandi absoluta est, non jurisdictionis
et ab eo tempore data, quo sacramentum insti-
tutum. XX, 384, 7-8.
Minister ex officio hujus sacramenti Episcopus
seu presbyter, qui quidem non pendet ab Epis-
copo in potestate baptizandi, sed in jurisdictione
tantum. 386, 2 et seq.
Diaconus vero non, nisi ex delegatione Episcopi
vel presbyteri. 387, 5 et seq.
Subdiaconus et alii inferioris Ordinis, non nisi ex
delegatione Pontificis. 387, 10.
Diaconus, necessitate occurrente, potest solemniter
ministrare in absentia sacerdotis. ib.
Privata ministratio sacramenti facilius potest
committi diacono quam subdiacono. 388, 11.
Solis pastoribus animarum, et unicuique suas pro-
prias oves baptizare licet, extra casum neces-
sitate. 600, 2.
Cum populus vel regnum de novo convertitur,
debet baptizari a ministro designato ad id mu-
nus a Christi Vicario. ib.
Aliter faciens, licet peccet graviter, nullam ob id
incurrit ecclesiasticam censuram. 601, 3.

In necessitate quilibet homo, cujusvis status seu conditionis, dummodo loqui et lavare possit, et habere intentionem baptizandi, potest ministrare baptismum. 383, 4 et seq. — 602, 5.

Et etiam si necessitas non sit extrema, dummodo maximæ sit utilitatis. 384, 7.

In necessitate, sacerdos diacono, is subdiacono, hic inferioribus clericis, hi omnibus laicis, et in universum viri fœminis, in hoc ministerio præferendi. 602, 5.

Cæteris vero paribus sanctorum præferendus. 603, 10.

Simplex sacerdos, etiam in necessitate baptizans invito paroco, qui ministrare potest et vult, graviter peccat. 602, 6.

Similiter laicus baptizans in necessitate in præsentia sacerdotis volentis baptizare. 602, 7.

Etiamsi sacerdos det facultatem. Secus, si baptizare nolit. 603, 8.

Ministri, inferiores sacerdote, non peccant graviter, pervertendo ordinem inter se in administratione hujus sacramenti. 603, 9.

In ministerio baptismi solemnem præferre peccatorem justo cæteris paribus, mortale est, nisi in jurisdictione sint inæquales. 603, 10.

Infidem aut hæreticum fidei antepone, fere semper est mortale. 604, 11.

Qui ex officio non est minister, graviter peccat, solemniter ministrando, et si inferior sacerdote sit manet irregularis. 604, 12 — 605, 15.

In qua irregularitate solus Pontifex potest dispensare, quoad suscipiendos novos Ordines, Episcopus vero ad ministrandum in susceptis. 606, 16.

Baptismus a laico extra necessitatem datus tenet. 297, 3.

Nec ideo laicus irregularis. 604, 13.

Aliquid in hoc sacramento omittens ex substantialibus graviter peccat. 606, 2.

Similiter ministrando solemniter in peccato mortali. 607, 3.

Secus si private. 308, 6.

Ab Ecclesia interdictus vel excommunicatus, sine gravi necessitate baptizans, graviter peccat. 607, 3.

Quod si clericus sit, solemniterque baptizat, irregularis erit, secus si private. ib.

Tenetur minister non dare baptismum, nisi convenienter disposito, talemque dispositionem examinare, et quæ hæc sit. 319, 2 — 607, 3.

Pastores Ecclesiæ ex officio, omnes autem ex charitate, in necessitatis articulo baptizare tenentur. 600, 1.

Nec excusantur ob periculum propriæ mortis, si infans sit in extrema necessitate. 599, 5.

Etiamsi aliquis intendat baptizare trina mersione, si in prima vel secunda perficiat verba formæ, perficiet tunc sacramentum. 342, 16.

Quod si usque ad tertiam non dicat verba formæ, parvulusque antea decedat, vel habeat periculum decedendi, graviter peccat. 343, 17.

Non quælibet acceleratio mortis per applicationem baptismi reddit ministrum irregularem. ib.

Nemo potest seipsum baptizare. 353, 6.

Plures homines, si omnia requisita adhibeant, possunt simul baptizare ut integri ministri; non vero ut partiales. 389, 3 et seq. — 393, 11 et seq.

Tenetur minister omnes ritus Ecclesiæ servare in solemnem baptismo, per se loquendo, et quo graviorem omiserit, gravius peccabit. 607, 1 et seq.

Qui rebaptizat sub conditione, quando non est moraliter dubius de baptismo priori, graviter peccat. 608, 1.

Similiter et parentes, qui offerunt puerum, ut rebaptizetur. 608, 2.

Rebaptizans nullam incurrit ecclesiasticam censuram. 609, 4.

Incurrit tamen ipso facto irregularitatem, si vere, id est, cum intentione, et sine conditione tacita vel expressa, rebaptizet. 610, 7 et seq. — 611, 10 et seq.

Si hæc irregularitas sit publica, Pontifex solus potest in ea dispensare, si occulta Episcopus. 610, 9.

Sola ignorantia facti vel juris, quæ excusat rebaptizantem a peccato mortali, excusat ab hac irregularitate. 612, 13.

Qui probabiliter dubitans de baptismo, rebaptizat sine apposita conditione, non est irregularis. 613, 16.

Secus, qui ex metu rebaptizat, dummodo veram habeat intentionem. ib.

Propter solam cæremoniarum iterationem non contrahitur irregularitas. 614, 17.

Ministrans presbytero solemniter rebaptizanti irregularis. ib.

In necessitate extrema proximi, potest et debet excommunicatus vitandus baptismum ei ministrare. XXIII, 294, 5.

Et in eo casu etiam ab hæretico peti potest. 295, 16.

Quod si adsit laicus non ligatus, excommunicatus non potest licite sacramentum conferre. 294, 13.

Baptizatus rite ab hæretico infans qualicumque, seu catechumenus, membrum veræ Ecclesiæ efficitur. XXIV, 117, 2.

NECESSITAS BAPTISMŪ.

Baptismus in re vel in voto necessarius est ad peccati remissionem et gratiæ assecutionem. IX, 17, 12.

Necessitate mediæ, et præcepti, omnibus est baptismus necessarius, etiam his qui per contri-

- tionem sunt justificati. XX, 92, 3 — 469, 6 et seq. — 589, 2.
- Et magis quam pœnitentia. 384, 7.
- Aliter ad remissionem originalis, aliter ad infusionem baptismalis characteris necessarius. 192, 7.
- Saltem in voto implicito est medium necessarium ad remissionem peccatorum, et ad gratiam et gloriam consequendam. 469, 6 et seq. — 471, 2.
- Realis ejus susceptio regulariter necessaria ad beatitudinem consequendam. 473, 4.
- Et infantibus simpliciter necessaria de lege ordinaria. 480, 3-4.
- Et oppositum de aliquo asserere sine expressa revelatione temerarium. 482, 5.
- Nequit suppleri per sacramentum legis naturæ, ut poterat circumcisio, et cur. 484, 8.
- Hæc necessitas, et respectu adultorum, et parvulorum, non cœpit usque ad sufficientem promulgationem Evangelii, post resurrectionem Christi factam. 487, 3.
- Non est simpliciter necessarius baptismus, ut aliquis divinis obligetur præceptis. XXI, 529, 2.

EFFECTUS BAPTISMI.

- Baptismus gratiam confert permanentem. IX, 4, 7 et seq.
- Baptismus virtute sacramenti gratiam actualem non causat, sed habitualement, ut Christi instrumentum. 15, 7.
- Ponenti obicem gratiæ confertur in baptismo habitus fidei et spei. 444, 13.
- Baptismus non extinguit vota antea facta. XV, 823, 17.
- Parvulis confert baptismus primam gratiam, quam per nullum aliud sacramentum habere possunt. XX, 106, 5.
- Originalem culpam, omneque peccatum ante baptismum commissum remittit. 487, 3.
- Et omnem pœnam proprie dictam. 488, 7.
- Confert gratiam, et dona infusa, tam adultis, quam pueris. 461, 2 et seq.
- Et sacramentalem gratiam, quæ consistit in specialibus auxiliis ad exercendum ea ad quæ baptismus obligat. 463, 8.
- Imprimitque characterem, qui magis accedit ad rationem potentiæ passivæ. 190, 4-5 — 660, 2.
- Duobus simul baptizantibus, character producitur a Deo unica tantum actione, ab utroque vero sacramento, ut a partiali instrumento. 390, 5.
- Per baptismum illuminari, fecundari, et Christo incorporari dicimur, et cur. 465, comm.
- Quomodo baptismi proprium sit januam cœli aperire. 467, comm.
- Quamvis ante Christi mortem hunc effectum non habuerit, intrinseca sua efficacia non caruit. 330, 5.

- Omnes infantes æqualem gratiam baptismalem recipiunt. 508, 1 et seq.
- Quæ licet minima inter baptismales, tamen eam excedit quæ dabatur per sacramentum legis naturæ, vel per circumcisionem, et minimam quæ confertur per pœnitentiam. 509, 5 et seq.
- Potest conferre fidem et spem, sine gratia habituali. 511, 12.
- Pro qualitate dispositionis augetur, minuitur, aut omnino impeditur effectus ejus. 509, 6 et seq.
- Effectus per accidens baptismi, qui et quomodo in habentibus æqualem dispositionem possint esse diversi. 490, 2.
- Redit effectus ejus recedente fictione, simul vel per partes, prout fictio fuerit ablata. 513, 1 et s.
- Tunc tolluntur per accidens omnia mortalia post baptismum commissa, venialia vero juxta dispositionem, per quam tollitur fictio. 516, 7 et seq.
- Redit in minima intensione, quam potest habere. 518, 10 et seq.
- Dici etiam potest dari juxta qualitatem actus, quo fictio removetur. 520, 18.
- Ut fictio tollatur, attritio sufficit, dummodo sumptio sacramenti non fuerit mortale peccatum, tunc enim necessaria est contritio, vel attritio cum sacramento pœnitentiæ. 522, 2 et seq.
- Cum tollitur fictio per sacramentum pœnitentiæ, utrumque sacramentum per modum unius agentis integri concurret ad dandam gratiam. 531, 21.
- Quæ major est, quam si ab uno tantum daretur. 529, 18.
- Cur per baptismum fomes peccati et reliquæ hujus vitæ pœnalitates non auferantur. 453, 1 et seq.
- Per baptismum quomodo auferatur irregularitas. XXIII bis, 370, 2.

DISPOSITIO AD BAPTISMUM.

- Nec fides, nec ulla alia dispositio, aut confessio interna vel externa etiam non sacramentalis, requiritur ad baptismi valorem. XX, 411, 2.
- Necessarius est tamen in adultis voluntarius consensus, saltem præcedens, non retractatus. 409, 4-5.
- Et quamvis sit involuntarius secundum quid, sufficit. 410, 6-7.
- Qua dispositione effectus baptismi recipitur, baptismus etiam sancte suscipitur. 412, 4.
- Sola voluntas suscipiendi baptismum sufficienter disponit ad characterem. 495, 1.
- Ad gratiam vero habitualement fides requiritur. 495, 2.
- Imo pœnitentia et detestatio prioris vitæ in accedente cum mortali. 497, 4.

Licet in habente tantum originale, voluntas servandi legem Christi, quæ alia est a voluntate suscipiendi baptismum, sufficiat. 498, 5-6.
Non requiritur in peccatore contritio, sed cognita attritio sufficit, vera quidem, non existimata. 502, 5.

Quæ attritio debet esse supernaturalis voluntas et efficax, detestationem prioris vitæ et propositum emendæ, ex aliqua ratione supernaturali continens. 503, 6.

Probabile est in articulo mortis teneri baptizandum præmittere contritionem. 506, 16.

Ita quis potest accedere dispositus, ut nec gratiam consequatur, nec accedendo peccet, propter ignorantiam. 507, 18.

Cur cum affectu peccati susceptus sit validus, non autem confessio. XXII, 438, 8.

SUBJECTUM BAPTISMI.

Baptizari an possint infidelium filii invitis parentibus. XII, 453, 11 — 456, 15.

Baptismus non requiritur ad hæresim fori interni. 487, 4.

Nec si detur, necesse est ut sit validus. 488, 7.

Baptismus validus, per se loquendo, requiritur ad hæresim fori externi. 488, 8.

Per accidens potest non requiri. 488, 9.

Baptismus non potest juste ferri filio infidelis sine consensu parentis. XV, 292, 10.

Baptismus B. Virgini et præcipuis Apostolis probabiliter a Christo Domino collatus fuit. 232, 8.

Baptismus B. Virgo a filio recepit. XIX, 288, 2.

Parvulis ante usum rationis sola Christi intentio sufficit, ut capaces sint baptismi. XX, 423, 7 et seq.

Infantes Christianorum ante usum rationis baptizare, non tantum licitum, sed in casu necessitatis, jure divino, et extra illum, jure ecclesiastico præceptum est. 425, 2 et seq.

Pro quo tempore obliget hoc præceptum. 427, 7.

Infantes infidelium, qui directe subduntur ecclesiæ, sine parentum consensu, possunt licite baptizari. 428, 1.

Alias secus, nisi in extremo mortis periculo, vel si omnino amisit pater patriam potestatem. 429, 3 — 431, 7-8.

Sufficit tamen cujusvis parentis consensus, etiam altero renuente, sive uterque infidelis, sive alter tantum. 432, 9.

Filii servorum infidelium juste capti, et a parentibus separati, licite baptizantur, omnino inconsultis parentibus. 436, 6 et seq. — 439, 1 et s.

Non tamen tenentur domini, vel eos separare, vel sic separatos baptizare. 444, 1 et seq.

Si tamen dominus de facto ante separationem baptizet, probabile est, non peccare contra justitiam, licet oppositum securius, et in praxi servandum. 442, 5 — 443, 7.

Filii Judæorum, qui inter Christianos versantur, non reputantur filii servorum, etiam quoad præsentem materiam. 443, 9.

Sed hi tantum qui ex patribus justo bello captis, vel a vero domino pretio emptis nati sunt. ib.

Nulla auctoritate potest impediri adultus a baptismi susceptione, et tam ipse quam Ecclesia habet jus ad se defendendum a tali impedimento. 590, 3.

Baptizandus, vel offerens parvulum ut recipiat baptismum ab eo qui non habet jus dandi, extra casum necessitatis graviter peccat, etiam si infidelis sit. 606, 16.

Et sumendo extra necessitatem ab indigno ministro. 607, 3.

Et permittendo rebaptizari, etiam ob periculum mortis violentæ. 608, 2.

Rebaptizatus, qui ob ignorantiam non excusatur a mortali, irregularis fit, si veram habuit intentionem, alias secus. 611, 10 — 615, 19-20.

Si tamen postea sciat, quantumvis consentiat, irregularitatem non incurrit. 616, 21.

Solus Papa in hac irregularitate dispensare potest. 610, 9.

Qui habuit voluntatem baptismi, quam nec retraxit, si amens fiat, non debet sine urgente necessitate baptizari, nisi amentia perpetuo durata præsumatur. 409, 5.

Quam primum quis potest peccare mortaliter, potest sine parentum consensu baptizari. 432, 10.

Cum dubitatur an sit rationis capax, et baptizari renuit, non sufficit parentum consensus. 433, 11.

Puer ægrotans debet per aspersionem, modica quantitate aquæ calore temperatæ, in qua parte minus noceat, baptizari. 598, 3.

Qui in loco, ubi peregrinatur, et est incognitus, baptizatur, est irregularis. XXIII bis, 385, 9.

Baptizatus in articulo mortis, vel alia necessitate compulsus, irregularis est, donec Episcopus dispenset, et aliud judicet. 384, 5 et seq.

Quæ irregularitas non extenditur ad susceptionem baptismi cum culpabili dilatione. 385, 7.

Ille, de cujus baptismo dubitatur, non debet ordinari: hoc tamen impedimentum non est propria irregularitas. 386, 10.

Baptizati in adulta ætate ab hæreticis fiunt irregulares. 386, 11.

Ratione delicti, et ideo nec qui bona fide accedunt, nec infantes illam incurrunt. 387, 14.

Per iteratum baptismum incurritur irregularitas. 383, 1.

PRÆCEPTUM DE BAPTISMO.

- Baptismus non obligasse ante Christi mortem. VI, 568, 6.
- Præceptum de baptismo suscipiendo a Christo latum, non a Joanne. XIX, 340, 4.
- Est de jure divino. XX, 589, 2.
- Quando impositum. 590, 3.
- Omnes homines obligat, imo Beatam Virginem Apostolosque comprehendit. ib.
- Non obligat parvulos, nec parentes ad eos baptizandos, nisi instante necessitate. 591, 4.
- Tenantur tamen fideles ex Ecclesiæ consuetudine et præcepto filios in infantia baptizare. ib.
- Non obligavit divinum præceptum universum mundum, donec sufficienter Evangelium promulgatum. 591, 5.
- Cum primum quis commode potest, tenetur non multum differre baptismum, seque disponere ut recte suscipiat. 593, 3.
- Nulli adulto potest Ecclesia præcipere ut intra tale tempus baptizetur, licet possit declarare pro quo tempore præceptum obliget. 596, 5.
- Nunquam fuit præceptum determinans tempus baptismi infidelibus adultis. 596, 6.
- Licet Ecclesia illud possit determinare Christianorum filiis. 597, 7.
- Propter gravem causam differri potest, propter nullam tamen omitti, etiam si immineat periculum violentæ mortis. 597, 1 et seq.

RITUS ET CÆREMONIÆ BAPTISMI.

- Præter baptizantem et baptizandum adhibendus est patrinus, vel fidejussor, qui illum de fonte suscipiat. XX, 396, 1.
- Tenetur susceptor baptizatum instruere in rebus fidei si indigeat. 398, 1.
- Abbas, vel Monachus non possunt hoc munus obire. 397, 2.
- Neque hæreticus, neque olim publicipœnitentes. ib.
- Unus tantum et una admitti possunt. 399, 4.
- Solum inter patrinum et baptizatum, patremque et matrem ejus oritur impedimentum matrimonium irritans. Et quomodo. 399, 5.
- Maritus et uxor non debent simul hoc munus obire. ib.
- Inter patrinum et matrinam nulla spiritualis cognatio contrahitur. ib.
- Pater qui urgente necessitate filium suscipit, vel etiam sine illa, nullum impedimentum contrahit cum uxore debiti petitionem impediens, licet peccet si absque necessitate faciat. 400, 6 et seq.
- Qui in privato baptismo materialiter tantum tenet baptizatum hanc cognitionem non contrahit, secus si animo hanc cæremoniam exercendi. 401, 9.

- Hæc cæremonia in privato baptismo non est necessaria. ib.
- Excommunicatus sacerdos conferens solemnes cæremonias baptismi, etiam sine sacramenti substantia, fit irregularis. XXIII, 309, 20.

VOTUM BAPTISMI.

- In baptismo fit professio legis divinæ, non tamen votum. XIV, 894, 8.
- Non potest proprie esse nisi in adultis. XX, 480, 3.
- Non est specialis promissio. 589, 2.
- Cur necessarium. ib.

DIGNITAS BAPTISMI.

- Baptismus quomodo superat remedia antiqua. VI, 461, 7.
- In tribus excedit circumcisionem, quia januam cæli aperit, copiosorem gratiam, et omnium culparum ac pœnarum remissionem largitur. XX, 172, 9.

NOMINA QUIBUS IN SCRIPTURA ET PATRIBUS VOCATUR.

- Lavacrum regenerationis et sigillum. XX, 11, 2.
- Signaculum quo consignantur, qui sunt de populo Dei. 11, 2 — 325, 6.
- Dicitur regeneratio hominis, et cur. 325, 6.
- Spiritualis circumcisio. 84, 13.
- Custodia dicitur a D. Thoma, et D. Damasceno. 325, 6.
- Dicitur, gratia, illuminatio, perfectio, lavacrum, tessera militum Christi, amictus splendens, quo consignatur super nos lumen vultus Domini, sigillum fidei, unctio, principium et janua sacramentorum, ex variis Patrum testimoniis. ib.
- Mare, in quo nostra obruuntur peccata. 457, 5.

BAPTISMUS SANGUINIS.

- Non est sacramentum, imo a sacramento baptismi plusquam specie differt. XX, 274, 6 — 368, 5.
- Martyrium ejus, qui baptizari non potuit, proprie dicitur baptismus sanguinis. 368, 5.
- Non potest reperiri in jam baptizatis, bene tamen in infantibus, et perpetuo amentibus, quibus sufficit absque baptismo aquæ. 368, 6 — 534, 1 et seq.
- Obtinet in adultis vim baptismi aquæ. 540, 9-10.
- Causare potest remissionem peccati originalis et mortalis, et primam gratiam. 542, 12.
- Imo semper quasi ex opere operato aliquam gratiam gratum facientem confert. 548, 16.
- Non, quia instat baptismus sanguinis, debet baptismus aquæ voluntarie omitti. 537, 1.
- Quo differat a baptismo aquæ in dispositione requisita. 548, 15.
- Vide verbum MARTYRIUM, XX.

BAPTISMUS FLAMINIS.

Nihil aliud est, quam interior contritio cum proposito baptismi aquæ, sed neque analogice convenit cum sacramento baptismi. XX, 368, 6.

BAPTISMUS JOANNIS.

Ad legem gratiæ non pertinet, nec in præcepto fuit. XIX, 340, 4.

A Deo institutus quantum ad ritum. 364 commentar. — 376, 2-3.

Et cur. 375, 3.

Proxima causa ejus, Joannes. 377, 1.

Cur dictus baptismus pœnitentiæ. 366, 2 — 373, 4.

Cur dictus baptismus Joannis. 376, 2.

Qua ratione dabatur in remissionem peccatorum. 375, 4.

Confessio accedentium ad Joannis baptismum, qualis. 367, 3.

Baptismus Joannis neque infantibus dabatur neque gentilibus. 368 commentar.

Quo tempore duravit. 369, 1-2.

Joannes et Christus simul tempore baptizabant. ib.

Materia remota baptismi Joannis aqua naturalis. 371, 2.

Materia proxima seu essentia illius baptismi in usu consistebat. ib.

Non dabatur sub forma nostri baptismi. 372, 5.

Et verisimilius est sub nulla baptizasse. ib. 6.

Tota substantia illius baptismi in exteriori ablutione posita. 373, 8.

Non contulit gratiam. 374, 2.

Differentiæ inter baptismum Christi et Joannis. ib.

Solus Joannes per se ipsum baptizavit, nec fieri aliter potuit. 378, 5.

Baptismus Joannis cum ipsius vita extinctus. ib. 7.

Sacramentum novæ legis non fuit, nec veteris, nec proprie ullius, sed præludium ad sacramentum baptismi. 379, 3.

Baptizati a Joanne tenebantur baptizari Christi baptismo postquam institutus ac præceptus est. ib. 4.

Baptismo Joannis nonnulli ex Apostolis baptizati. ib.

Necessarius non fuit neque ut medium, neque ut præceptum. 385, 5.

Duravit per annum, et paulo amplius. 391, 1.

Quando Christus baptizatus baptismo Joannis. 392, 3.

Reliqua de baptismatione Christi, vide CHRISTI BAPTIZATIO. XIX.

S. BARNABAS.

S. Barnabæ festum jure communi non observatur. XIII, 287, 10.

BASILICA.

Vide MISSA UBI CELEBRANDA. XXI.

S. BASILIUS.

Basili testimonium extra rem inducitur circa prædeterminationem physicam ab adversariis. 576, 1.

Merito tribuit Deo liberationem nostram a statu peccati, et præparationem ad omne bonum. ib.

Quod præparatio voluntatis non consistat in prædeterminatione physica, satis indicavit Basilius. ib.

S. BASILIUS, ET EJUS RELIGIO.

A sancto Basilio regulas et præclara instituta religionis edita fuisse. XVI, 501, 6.

Hujus instituti et religionis antiquitas. ib.

Finis hujus instituti, ac media ad illud consequendum. 501, 7.

BEATITUDO.

Est corona, et merces. I, 120, 5.

Beatitudo objectiva est Deus, beatitudo formalis visio. 117, 6.

Beatitudo formalis quomodo operatio appellatur. 85, 10.

Ad beatitudinem supernaturalem non datur in nobis appetitus innatus. 70, 8.

In beatitudine essentiali datur inæqualitas, ipsa vero inæqualitas non est essentialis. 118, 12.

Denarius diurnus Matthæi 20, est beatitudo, quæ pro ratione meritorum confertur operariis. 122, 12 et seq.

In beatitudine servatur ratio justitiæ distributiæ in conferenda gloria. 120, 5.

Hominem esse capacem supernaturalis beatitudinis demonstrari naturaliter non potest. 66, 12.

Ad beatitudinem non sunt assumpti homines occasione peccati angelorum, sed ex primaria Dei intentione. 120, 7 — 284, 5 et seq.

Ad beatitudinem quid per se ordinetur. 244, 8.

Vide BEATI VISIO, APPETITUS I.

Beatitudo in Deo est, non est tamen ejus finis proprie. IV, 39 præcœm.

Beatitudinis significatum duplex. 39, 1.

Beatitudo proprie est per quam immediate attingitur ultimus finis, cætera sunt accidentia. 40, 3-4.

Beatitudo completur e formali et objectiva. 40, 5.

Beatitudinis veræ est homo capax juxta principia fidei. 41, 3.

Imo ex principiis naturæ ostendi potest esse capacem alicujus beatitudinis. 42, 4.

Beatitudo alia naturalis, alia supernaturalis, et quomodo id probetur. 43, 2.

Beatitudo naturalis hominis elevati ad supernaturalem non potest dici simpliciter beatitudo. 44, 4.

Beatitudo objectiva hominis non potest esse aliqua creatura. 48, 7-8.

- Beatitudo non potest consistere in bonis externis seu fortunæ. 46, 2-3.
- Nec essentialis objectiva potest consistere in bonis animæ, nec in ipsis Angelis. 47, 5-6.
- Beatitudinis veræ, sive naturalis, sive supernaturalis objectum, solus Deus est. 49, 3 et seq.
- Beatitudinis, objectum est Deus realiter, et non objective tantum existens. 50, 7.
- Beatitudo objectiva est Deus secundum sua attributa omnia, vide DEUS SECUNDUM SUA, etc. IV.
- Beatitudo objectiva hujus vitæ, etiam supernaturalis, non est Trinitas, vide TRINITAS. IV.
- Beatitudo nostra non potest consistere in aliquo illapsu in essentiam animæ per gratiam. 61, 18.
- Beatitudo non consistit in perfectione aliqua, quæ immediate afficiat essentiam animæ. 62, 20.
- Beatitudo formalis non est ipsa increata visio. 63, 1.
- Est aliquid creatum, et non substantia, sed accidens, nec oportet ut sit perfectior simpliciter ipso homine. 62, 2-3.
- Beatitudo formalis est qualitas, qua Deus fit formaliter præsens intellectui, non vero relatio præsentia. 63, 4.
- Beatitudo formalis non est actio transiens, vel passio quæ fiat mere ab extrinseco. 63, 5.
- Beatitudo formalis est actus secundus, et non habitus vel potentia. 64, 7-8.
- Beatitudo est ultimus actus, non generatione, sed quia nobilissima potentia non procedit ulterius. 65, 9.
- Beatitudo formalis est actus productus ab ipso beato, productio vero talis actus est quid præ-requisitum. 66, 12.
- Beatitudo formalis ponenda est solum in iis actibus quibus immediate attingitur ultimus finis. 68, 5.
- Unde in sola anima est talis beatitudo. ib. 6.
- Imo in attingentibus Deum abstractivè. ib. 9.
- Beatitudo formalis ex eo quod sit assecutio ultimi finis non sequitur constitui in una, et pluribus operationibus, vel quod sit operatio omnium perfectissima, etc. 69, 10-11.
- Beatitudinem formalem esse visionem, late probatur ex Patribus. 73, 7.
- Et ratione. 73, 8 et seq.
- Beatitudo componitur ex actu intellectus et voluntatis. 77, 24 et seq.
- Præcipue ex actu intellectus in quo, tanquam in radice, tota perfectio beatitudinis consistit. 79, 29.
- Beatitudinem hujus vitæ aliqui hæretici posuerunt in visione Dei. Alii nullam esse in hac vita. 89, 1.
- Alii posuerunt illam in jure ad futuram beatitudinem. 89, 2.
- Beatitudo supernaturalis hujus vitæ sunt actus supernaturales intellectus et voluntatis. 90, 3.
- Intellectus inquam, id est, fidei qua Deus immedie attingitur, non in dono sapientiæ qui est claritas circa credibilitatem. 90, 5.
- Non includit alium actum intellectus præter fidem. 93, 13.
- Quomodo includat actum alium, nempe spei præter charitatem. 93, 14.
- Quomodo aliæ virtutes pertineant ad talem beatitudinem. 94, 15.
- Beatitudo essentialis est radix complementi desideriorum beati suo tempore; sic anima beata desiderat gloriam corporis, et ideo non affligitur. 126, 6-7.
- Beatitudo accidentalis, cur ita dicitur. 129, 2-3.
- Quid sit. ib. 4.
- Beatitudo essentialis animæ non cessabit propter conjunctionem ad corpus. 137, 3.
- Nec augebitur. ib. 4.
- Erit tamen major extensive. 138, 6.
- Beatitudinem non futuram perpetuam, error Origenis. 138, 1.
- Contrarium est de fide. ib. 2.
- In habitibus semper erit perpetuitas, et in actibus essentialibus, et in gaudio, in aliis vero erit varietas. ib. 4.
- Beatitudinis æternitas est etiam præmium justitiæ nostrorum meritorum. 139, 6.
- Quomodo hæc æternitas respondeat ipsis meritis. ib. 7.
- Beatitudo est simpliciter incorruptibilis cum per solam suspensionem divini influxus possit desinere. 140, 3 et seq.
- Beatitudo naturalis in contemplatione et amore Dei consistit. 145, 2 et seq.
- Contemplatio est potior considerando hominem physice, amor autem considerando ipsum moraliter. 145, 6.
- Cognitio vero practica requiritur ut conditio necessaria ad amorem. 146, 7.
- Idemque dicendum de aliis virtutibus, et scientiis, et bonis aliis fortunæ, etc. 146, 8.
- Beatitudinis naturalis actus potest homo elicere naturaliter. 147, 5.
- Imo et naturaliter uti mediis proportionatis tali fini. 147, 6.
- Beatitudinem aliquam potest homo in hac vita consequi, et multo perfectiorem in anima separata. 148, 8.
- Beatitudinem naturalem quamvis homo non assequatur omnino, aut ut plurimum, non ob id non esset naturalis. 149, 10.
- Beatitudinem naturalem in particulari appetit homo appetitu innato. Et hic appetitus tam est voluntas, quam intellectus, quia iste inclinatur in verum sub ratione boni, et voluntas quodcumque in bonum ut liquet, et in verum ut bonum intellectui, ac toti supposito. 149, 1 et seq.

Beatitudo etiam in communi appetitu innato appetitur. 150, 5.
 Beatitudo, vide *COMPREHENSIO IN BEATITUDINE*. IV.
 Beatitudo simpliciter non est visio Dei quæ cito transeat. V, 49, 17.
 Beatitudinem supernaturalem, an cognoverit Pe- lagius. VII, 228, 1-2.
 Naturalem cognovit. 229, 3.
 Beatitudo æterna, propter quam homo creatus est, non est naturalis finis illius. 181, 8-9.
 Beatitudo naturalis hæreditatis nomen non mere- tur. IX, 108, 7-8-9.
 Beatitudo supernaturalis est causa finalis gratiæ, sive nostræ justificationis. 310, 7.
 Est item finis maxime proprius et quasi intrinse- cus gratiæ. ib.
 Potest etiam dici finis immediatus gratiæ. ib.
 Beatitudo est finis communis, et in suo genere ultimus habituum qui sub gratia comprehen- duntur. ib.
 Item omnium donorum supernaturalium. ib.
 Essentialis et vera beatitudo non consistit in eo, quod videat beatus se laudari a Deo. XI, 480, 59.
 Gloria, seu bona existimatio quam de homine Deus habet, non potest esse hominis beatitudo formalis. 479, 56 et seq.
 Aut objectiva. ib.
 Beatitudo, quanto comparabilis pecunia. XIII, 638, 2 et seq.
 Beatitudo æterna ut finis, alia dona gratiæ ut media, sunt optanda. XIV, 80, 8.
 Beatitudo hujus vitæ est imperfecta; non requi- rit actualem operationem, sed bonam personæ dispositionem. XV, 23, 9.
 Beatitudo major vel minor secundum gradus cha- ritalis mensuratur, non secundum perfectionem. 24, 12.
 Ad beatitudinis objectum per se non pertinent creaturæ. ib. 13.
 Non datur beatitudo, nisi prius peccatum veniale remittatur. 48, 27.
 Beatæ Feminæ, vide *STATUS, CASTITAS SIMPLEX*. XV.
 Beatitudo dicitur dari ut merces et corona jus- titiæ. XVII, 110, 54.
 Beatitudo naturalis creaturæ in clara Dei visione non potest consistere. XXVI, 154, 37.
 Et in quo actu sita sit. 154, 39.
 Vide *AMOR BEATIFICUS*. XXVI.
 De beatitudine B. Virginis, vide *MARIE BEATITUDO*. XIX.
 Christi corpus objectum beatitudinis corporis. XIX, 834, 9.
 Beatitudo sanctorum, qualis futura post diem ju- dicii. 1118, 2 et seq.
 De beatitudine corporis, vide *CORPUS GLORIOSUM*. XIX.

BEATITUDO IN ANGELIS.

Beatitudinem naturalem in Angelo esse inamissi- bilem, qui dicant. II, 413, 2.
 Refutantur. 414, 3-4.
 Imo esse impossibilem ob suam amissibilitatem, alii volunt, qui impugnantur. 414, 5 et seq.
 Inamissibilitas tamen ex providentia divina An- gelo consentanea naturaliter non deesset. 415, 8.
 Beatitudo naturalis destruitur peccando contra finem etiam supernaturalem. 414, 4.
 Beatitudo supernaturalis est finis simpliciter ul- timus Angelorum. 566, 2.
 Alia essentialis, alia accidentalis. 655, 1.
 Angeli in primo instanti non fuerunt perfecte beati. 570, 5.
 Probatur late. 571, 8 et seq.
 Habuerunt tamen beatitudinem inchoatam seu viæ. 571, 7.
 Beatitudinem supernaturalem Angeli non rece- perunt in instanti, quo illius meritum consum- marunt. 634, 6 et seq.
 Sed immediate post ipsam consummationem. 638, 2.
 Id vero contingit in tertio instanti post suam crea- tionem. 641, 5 et seq.
 Beatitudinem collatam fuisse Angelis intuitu sub- sequentis meriti, qui dixerint. 643, 4.
 Contrarium statuitur et probatur. 644, 5 et seq.
 Beatitudo Angelorum quanta. 647, 16.
 Beatitudo essentialis Angelorum nec augetur per merita exhibita post illam adeptam. 648, 18 — 656, 3.
 Imo nec sine illis locum habet augmentum in tali beatitudine. 656, 3.
 Id augmentum triplex cogitari potest. 655, 1.
 Beatitudinem essentialem paulatim crescere in Angelis extensive, qui sentiunt. 656, 2.
 Contrarium statuitur. 656, 3 et seq.
 Prædictum incrementum extensivum, quo pacto extrinsece fiat, explicant nonnulli. 658, 7-8.
 Impugnatur late. 659, 10 et seq.
 Beatitudo accidentalis in quo consistat. 673, 1.
 Ejus triplex acceptio. 673, 2 et seq.
 Beatitudo accidentalis quomodo dicenda sit in Angelis augeri. 674, 6 et seq.
 Beatitudinem accidentalem augeri ex novo merito, qui velint. 675, 7.
 Refelluntur. ib.
 Beatitudo secum non compatitur peccatum. 669, 4.
 Beatitudinis appetitio, an, et quomodo fuerit Lu- ciferi, vel aliorum Angelorum peccatum, vide verbo *PECCATUM*. II.
 Beatitudo in Angelis est inæqualis juxta merito- rum et naturalis perfectionis inæqualitatem. 648, 19 et seq.

Beatitudo, vide VISIO BEATA. II.

BEATITUDINES VIÆ.

Beatitudines significant actus quibus homines beatos fieri Christus docuit Matth. 5. VII, 695, 1. Quare hi actus dicantur beatitudines. ib.
 Hi actus non solum sunt honesti, sed ita heroici et excellentes, ut absque speciali gratia fieri nequeant. ib.
 Beatitudines actuales non distinguuntur ab actibus virtutum et donorum, sed sub illis comprehenduntur. ib.
 Sunt supernaturales in sua substantia. 695, 2.
 Sintne plures quam octo, expenditur. 700, 21.
 Vide Beatitudines in particulari suis locis.

BEATUS.

Beati etiam de potentia absoluta videre Deum non possunt nisi per Verbum productum. I, 85, 9.
 Beatorum intellectio circa Deum est similitudo representativa. 84, 8.
 Beati non erunt æquales in beatitudine essentiali. 119, 3 et seq.
 Corpora beatorum habebunt gloriam inæqualem. ib.
 Beatos resurgere in ordine suo, ut martyr in ordine martyrum, et sic de cæteris, Paulus docet. ib.
 In beatis lumen gloriæ, et dona supernaturalia, ut plurimum sunt inæqualia. 128, 1.
 Beati possunt videre Deum secundum omnia sua attributa, sed non secundum modum uniuscujusque. 128, 2-4.
 Beati visa essentia necessario vident attributa. 129, 8.
 Non tamen ea vident distinctis visionibus inadæquate attingentibus ipsa. 130, 10.
 Beatus non est necesse ut videat illam eminentissimam essentiæ unitatem sub illa dominatione virtualis distinctionis. 130, 13.
 Beatum videre distincte omnipotentiam cum habitudine ad creaturas possibles, non est de fide. 131, 14.
 Beatos videre eadem visione beata objecta secundaria, non est de fide. ib.
 Beati non possunt satiari nisi infinito bono quali. 132, 17.
 Beati vident infinitum non infinite. 132, 18.
 Immensitatem non immense. 132, 19.
 Beatos videre Deum Trinum, et Unum, est de fide. 135, 10.
 Beati visa essentia necessario personas intuentur. 137, 19.
 In beato licet visiones beatæ distinguantur, nequaquam per unam videbit personas, et per aliam essentiam sine illis. 138, 23.

Beatus non potest videre unam personam non visis aliis. 139, 25.
 Beati non omnes omnia Dei decreta in Deo vident, sed singuli pro ratione sui status. 141, 6.
 Beati in Verbo vident mirabiles rationes providentiæ, præsertim circa hominum, ac sui ipsorum salutem. ib.
 Beati cognoscunt per visionem beatam voluntatem Dei ut regulam suarum actionum. ib.
 Beati non vident decretum voluntatis divinæ in objecto viso, neque ex objecti mutatione motivumprehendunt. 141, 7.
 Beati num videant decretum voluntatis divinæ modo quodam inexplicabili. 142, 11.
 Beati vident decreta divina actu distincto ab eo, quo videtur essentia sine decretis, et ille est majoris perfectionis, quam iste, illoque posito nec de potentia absoluta cognitio decretorum potest impediri. 143, 12.
 Beati non vident respectum rationis actus ad objectum, cum actus ipsos Dei liberos intuentur, sed ea omnia, in quibus talis respectus fundatur. 143, 15.
 Beati dantur extra visionem beatam multæ revelationes, et illuminationes ratione status. 144, 2.
 Beati vident in Verbo non solum creaturas possibles, sed existentes, et futuras in aliqua temporis differentia, et quomodo beati vident in Verbo mysteria fidei. 168, 10.
 Beati ad hoc ut videant creaturas existentes in Deo, non est necessarium ut videant futuritionem effectus immediate in voluntate divina tanquam in eo operante seu potente operari. 168, 12.
 Beatus non ex eo quod videat in Verbo rei essentiam necessario videbit existentiam si illam habitura est. 169, 14.
 Beati non vident omnia futura contingentia earum rerum, quas possibles cognoscunt. ib.
 Beati non vident ultimam circuitiorem solis futuram, atque adeo nec diem judicii. ib.
 Beatos videre in patria quæ crediderunt in via. 165, 2 et seq.
 Beatos mysterium Incarnationis probabilius est non posse videre exacte, et prout in se est, nisi in Verbo. 170, 3.
 Beati viso Deo necessario vident mysteria quæ ad divinitatem spectant. 171, 5.
 Beati vident in Verbo totam universi machinam, ordinem, et compositionem, atque species rerum ex quibus constant. 171, 8.
 Beatos non videre aliorum cogitationes in Verbo probabile est, multo probabilius est non videre inferiores beatos cogitationes superiorum. 173, 16.
 Beati maxime fundatores religionum vident in Verbo suarum quisque progressum, et augmentum. 174, 17.

- Beati in Verbo ex factis, et cogitationibus mortalium quidquid necessarium est ad operandum ibi prudentissime, et jucundissime, vident 173, 16.
- Beati nec in Verbo vident quidquid anima Christi agere disponit, etiam per voluntatem creatam. ib.
- Beati vident in Verbo ea omnia de quibus non solum in via, sed maxime in patria censentur habere specialem curam. 174, 17.
- Beati vident orationes in Verbo quæ ab Ecclesia ad eos funduntur. 174, 18.
- Quare in lege gratiæ orationes fundimus ad beatos, in veteri vero minime. ib.
- Beatus non ex eo quod plura objecta videat in Verbo, illico melius videbit essentiam quam alius qui sanctior cum sit pauciora cognoscit. 174, 19.
- Beatum unum ex sola perfectione beatitudinis probabile est videre omnia illa, quæ alius ex speciali ratione sui status. ib.
- Beatus licet infimum, seu nullum habeat meritum ex dispositione divina, habebit visionem cum perfectione necessaria ad videndum mysteria fidei, et res naturales. 174, 20.
- Beatus defectu meritorum, si nulla ex suppositione objecta secundaria in Verbo videat, videbit nihilominus per accidentalem gloriam. ib.
- Beati non possunt per eandem visionem beatam modo videre res has, modo illas. 159, 4-5.
- In beatis si varietur attentio ad res alias, variatur visio necessario. ib.
- Beati vident creaturas in essentia ut in causa, non vero in idea ut sic. 160, 7.
- Non est necesse ut beatus, qui videt Deum, videat in eo omnes creaturas possibiles, neque individua omnia, neque omnes rationes specificas. 160, 10.
- Beatos non posse cognoscere res omnes, possibiles, nec de potentia absoluta, probabilius est. 162, 12.
- Probabile est beatos visa essentia divina necessario videre quidquid est possibile vel creabile saltem sub communissimo conceptu creabilis vel possibilis. 162, 14.
- Beati non formant, ut sic, varia judicia de variis Dei attributis. IV, 52, 5.
- Beatas animas ornari aliis qualitatibus præter gratiam et charitatem, et virtutes infusas, impugnari satis non potest; non est tamen a theologis assertum, et est superfluum. 59, 11-12.
- Beatus est Deus non existendo, sed se videndo. 61, 18.
- Beati conservabunt scientias suas naturales, etiam quoad species quæ non pendent essentialiter ex phantasmatibus, unde habent memoriam præteritorum. 98, 2 et seq.
- Opiniones vero non manebunt, sed memoria eorum. ib., 4.
- Beatis qui non acquisiverunt scientias, aut imperfecte acquisiverunt, infundentur perfecte ratione sui intellectus. ib., 5.
- Beati habent negationem multarum scientiarum, non privationem. 99, 1.
- Non habent errores. ib., 3-4.
- Beati quomodo judicent probabilia. 100, 5-6.
- Beato præcipi non potest ut cesset ab amore Dei, et licet possit, tamen illa cessatio erit ex amore virtualiter. 109, 18.
- Beatus etiamsi videret aliquod maximum incommodum sibi imminere si non cesset a visione, nihilominus non cessabit. ib., 19.
- Beatus concupiscit necessario suam beatitudinem, estque ea concupiscentia supernaturalis. 111, 6-7.
- Beati sunt impeccabiles. 116, 2 et seq.
- Non ob Dei providentiam extrinsecam, sed ex vi beatitudinis. 117, 5 et seq.
- Et ideo etiamsi videret omnes circumstantias in quibus posset peccare, quod tamen certum non est, non ob id peccaret. ib., 6-7.
- Et licet cessaret ab amore, ipsa visio redderet impeccabilem. 121, 19.
- Beati quomodo liberi sint ad bene moraliter operandum. ib., 20.
- Non possunt simul peccare et videre Deum. ib., 21.
- Possunt tamen habere maculam habitualement, si Deus velit. 122, 23 et seq.
- Beati retinent virtutes quoad habitus, et quoad aliquos actus, et dona Spiritus sancti, vide VIRTUTES HABITUALES, etc. IV.
- Beati non desiderant majorem visionem. 126, 4.
- Desiderant tamen alia bona præter formalem beatitudinem. ib., 5.
- Beatus, si desiderat salutem amici, qui non salvatur, est per modum simplicis affectus. ib., 8.
- Non tristatur. 127, 9.
- Beatus non denominatur Paulus, si essentiam divinam in raptu vidit, quia ab ea cessavit. 143, 4.
- Et cognitio hujus perpetuitatis est conditio ad perfectam beatitudinem. 144, 6.
- Beatus, vide VIDENS DEUM, et item VOLUNTAS VIDENTIS. IV.
- Potest Deus de potentia absoluta Angelum beatitudinis capacem efficere, et statuere illam nunquam dare. IX, 117, 5.
- Si Beatus de potentia absoluta gratia habituali seu forma sanctificante spoliaretur, vel ad beatitudinem sine illa assumeretur, proprie justus non diceretur. 111, 7 et seq.
- Unus beatus inferior in gloria essentiali alium sibi superiorem potest excedere in dono seu merito gloriæ accidentalis. X, 195, 13.
- In beatis non manet intellectualis habitus fidei

- per lumen gloriæ, sed per solam suspensionem influxus debitam ratione status. XII, 218, 4-5.
- Beati de facto nullos exercent fidei actus. 199, 7.
- Nec possunt de potentia ordinaria. 88, 20.
- Beati de potentia absoluta possunt habere actus fidei divinæ, etiam de his quæ in Verbo vident. 88, 22-23 — 199, 7.
- In beatis manet timor filialis, etiam quoad actum. 615, 18.
- Beati quos timoris actus eliciant. ib., 19-20.
- In beatis manere potuit, quamvis non maneat, timor etiam servilis, sed honestus. ib., 20.
- In beatis manet spes quoad habitum. 623, 5.
- Beati quos spei actus elicere possint. ib., 5 et seq.
- In Beatis manet pœnitentia quoad substantiam habitus. 624, 7.
- Beati magis amant ex charitate sanctiores in patria, quam minus sanctos, qui tamen in via sibi fuerant conjunctiores. 719, 22-23.
- Beatus quisque sese ipsum plus amat quam cæteros, uno excepto Christo Domino. 720, 2.
- Religio in beatorum voluntatibus reperitur. XIII, 37, 6.
- Beati pro nobis orant. XIV, 45, 3.
- Beati cum orant pro nobis, an præcognoscant eventum. 46, 4 et seq.
- Beati quomodo offerant orationes nostras. 47, 8.
- Beati an orent pro se. 48, 9.
- Beati non orant pro iis quæ ad suam essentialem beatitudinem spectant. 48, 10.
- Beati non orant pro conservatione gloriæ essentialis. ib.
- Beati orant pro accidentali gloria. 48, 11.
- Beati possunt orare et impetrare, non vero mereri. 85, 3.
- Beati vident in Deo omnia quæ formaliter sunt in ipso. XVIII, 12, 4.
- Beatus videns Deum potest videre in eo creaturas quæ in eo continentur eminenter; non effective solum, sed formaliter. 22, 3.
- Beati in Deo, visa una creatura, non necessario vident omnes. 23, 5.
- Beatus in Deo videt creaturas non solum secundum illud esse quod in Deo habent, sed secundum esse proprium. 24, 7-8.
- Beatus videt in Verbo omnia quæ ad statum suum pertinent. 34, 3.
- Beatitudinis perfectio est commensuranda unicujusque meritis. 34, 4.
- Beatus in patria amat Deum necessario, non tamen quoad omnem modum possibilem ipsi charitati. 296, 10.
- In beatis qui sunt omnino extra viam possunt esse actus inefficaces procedentes a voluntate, ut natura est. 304, 6.
- Beatitudo non manet sine fruitione. 307, 7.
- Beatus non necessario de omnibus gaudet quæ in Deo videt. 308, 11.
- Beati semper habent voluntatem conformem divinæ voluntati. 309, 2.
- Beatorum animæ, licet careant gloria corporis, sunt extra statum viæ et meriti. 321, 7.
- Vide FELICITAS, VISIO. XVIII.
- Inferior beatus nonnulla in Verbo videre potest, quæ non videt alius perfectior. XIX, 319, 3.
- Quibus modis unus beatus alium excedat. ib. et 4.
- Quid videant in Verbo beati. ib.
- Multitudo beatorum videt in Verbo multitudinem rerum existentium in aliqua differentia temporis. 320, 5.
- Nullus homo beatus fuit ante Christi mortem. 698, 2 et seq.
- Beatus habet perfectum dominium suorum actuum etiam eorum quos in corpore exercet. 843, 14.
- Beatorum corpora æqualia corpori Christi futura non sunt. 934, 4.
- Quem locum beati teneant in cœlo. 960, 1-2.
- Externo cultu Deum laudabunt. XX, 56, 3.
- An sint sacramentorum capaces. Vide SACRAMENTUM NOVÆ LEGIS, versic. Subjectum. XX.
- Beati orant pro animabus purgatorii. XXII, 959, 7.
- Non tamen impetrant illis gratuitam remissionem pœnæ. 959, 8.
- Quid vero illis impetrent. 960, 9.
- Unus beatus potest ab alio impetrare ut suas satisfactiones alicui animæ applicet. 960, 10.
- Idemque possunt a Christo impetrare. ib.
- Non tamen ipse facit nisi ex speciali dispensatione. ib.
- Beatus nullus hominum fuit ante Christi adventum. XXIV, 591, 6.
- Beatum nullum fuisse, nec fore etiam in fine mundi priusquam moriatur, ut probabilius defenditur. 590, 3.

BEGUINÆ.

Beguinarum statum assumentes, aut in eo perseverantes, ac eis in hoc faventes, excommunicationem ipso facto incurrunt. XXIII, 648, 10.

BELLARMINUS.

Bellarminus Cardinalis a calumnia liberatur. XXIV, 213, 3 — 592, 9 — 603, 14.

BELLUM.

Bellum ad jus gentium spectare. V, 164, 4.

Bellum absolute multiplex, in præludio. XII, 737.

Bellum esse intrinsece malum, et peculiariter Christianis prohibitum, quorundam error. 737, 1.

Refellitur. 737, 2-3.

Bellum defensivum non solum est licitum, sed interdum etiam præceptum. 738, 4.

Bellum aggressivum potest esse honestum et necessarium. 738, 5.
 Bellum defensivum et aggressivum, quid, et in quo differant. 738, 6.
 Bellum ut honeste fiat, quæ conditiones servandæ. 739, 7.
 Bellum jure naturæ legitime potest indicî a principe, vel republica quæ superiorem non habet in temporalibus. 739, 1.
 Secus dicendum de principe, vel republica imperfecta. 739, 2.
 Quid si antiquissima consuetudine aliud servetur, aut rex supremus sit negligens in vindicanda injuria. ib.
 Ad bellum indicendum sufficit interdum voluntas supremi principis interpretativa. 740, 3.
 Quid si capiantur inimici in territoriis alicujus reipublicæ imperfectæ. ib.
 Ad bellum indicendum quis censendus supremus princeps, et quæ respublica perfecta. 740, 4.
 Bellum sine legitima auctoritate indicens peccat etiam contra justitiam, quamvis adsit justa causa. 741, 6.
 Tenetur ad restituendum cum expensis, quidquid ultra res suas recuperat, et pœnas injuste bellantium incurrit. ib.
 Rex christianus bellum indicens in causa justa, sed tamen contra Pontificis prohibitionem, an peccet contra justitiam, vel solum contra obedientiam. 741, 7.
 Bellum defensivum nulla lege clericis interdicitur; nec bellum aggressivum jure naturali. 741, 1.
 Bellum aggressivum licite indicare possunt, si qui sunt Episcopi temporaliter supremi; nec irregularitatem incurrunt, positis aliis belli conditionibus. 741, 2.
 Bellum per se exequi clericis solo ecclesiastico jure prohibetur. 742, 3.
 In quo potest Papa dispensare. 742, 4.
 Præceptum non bellandi obligat sub mortali clericos in sacris constitutos. 742, 5.
 Quid de existentibus in minoribus. ib.
 Clerici bellantes non peccant præcise contra justitiam, sed contra religionem vel obedientiam. ib.
 In bello injusto in quo aliquis occiditur aut mutilatur, omnes milites irregularitatem incurrunt sive sacerdotes sint, sive non. 742, 6.
 Quid si bellum sit justum. ib.
 Pontifex dispensans cum clerico ad bellum, an dispense in irregularitate. ib.
 Clerici in bello exhortantes ad prælium, aut consiliantes ut quis ad bellum eat, an irregulares sint. 743, 7.
 In bellantium clericorum irregularitate solus Pontifex dispensare potest, nisi res sit occulta. ib.
 Bellum aggressivum nequit esse justum, nisi subsit

gravis injuria, quæ alia ratione vindicari aut reparari non potest. 743, 1 et seq.
 Bello justo triplex injuria causam dat. 744, 2 et seq.
 Belli justa causa esse potest, ut injuriam inferens juste puniatur ob solam vindictam, si recuset absque bello satisfacere. 744, 5 et seq.
 Bellum aggrediens sine justa causa, non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam peccat. 745, 8.
 Bellum an aliquando illicitum sine injustitia, et obligatione restituendi. 745, 8-9.
 Bellum etiam justum ut licite ineatur, quanta prærequiratur victoriæ spes. 746, 10.
 Bellum infidelibus nequit indicî ob solum infidelitatis titulum. 746, 1.
 Nec ob solam vindictam peccatorum quæ in Deum committuntur, etiamsi sint contra naturam. 746, 1 et seq.
 Nec titulo dominii, quasi Papa vel imperator sit dominus totius orbis. 747, 4.
 Quid si infideles sint adeo barbari et inepti, ut sese convenienter regere non possint. 747, 5.
 Belli justî nullus est titulus ita proprius Christianorum, ut suo modo non conveniat principibus infidelibus. 748, 6 et seq.
 Bellum, vide INFIDELIS ET PRÆDICATIO. XII.
 Ad ineundum bellum tenetur princeps causam prius diligenter examinare. 748, 1.
 Quid quando altera pars est probabilior, aut quando æqualiter dubitatur utrinque, et altera pars possidet. 748, 2-3.
 Quid si neutra possideat. 749, 4.
 In dubio de justitia belli, an teneatur princeps judicium prudenti viro committere. 749, 5-6.
 Ad bellum si vocentur duces, aut alii regni principes, ad quantum teneantur justæ causæ certitudinem. 750, 7.
 Quid de communi milite subdito. 750, 8-9.
 Quid de stipendiario non subdito. 750, 10 et seq.
 Ante bellum inchoatum tenetur princeps proponere justam belli causam, et a republica contraria condignam petere restitutionem. 752, 3.
 Si offeratur restitutio, tenetur acceptare, et a bello desistere. ib.
 Quid si offeratur post bellum inchoatum. 752, 4-5.
 Post bellum inchoatum, toto tempore ante partam victoriam, quæ damna possint hostibus inferri. 753, 6.
 Quæ post partam victoriam. 753, 7.
 Bona aliena immobilia inter bona hostium re-perta, an possint occupari. 754, 8.
 Quid de bonis mobilibus attentio jure naturæ. ib.
 Quid stando in jure positivo. 754, 9.
 Belli damnis qui censeantur obnoxii ex parte hostili. ib., 10 et seq.

Vide INNOCENTES. XII.

In bellis Christianorum, victi a victoribus non captivantur in mancipia, nisi sint apostatae.

755, 5.

In bello quam habeant immunitatem bona, loca et personæ ecclesiasticæ.

ib., 14.

In bello post partam victoriam, quæ damna possunt victis hostibus inferri.

757, 20.

Bellum potest aliquando esse contra charitatem, quamvis non sit contra justitiam.

ib., 21.

Quid si fiat voluntarie ex utraque parte, tamen sine justa causa.

758, 22.

In bello, an liceat uti insidiis, vel pactam fidem violare.

ib., 23.

Bellare an liceat in die festo.

ib., 24.

In bello an possit princeps christianus in auxilium convocare principes infideles, aut illis in bello justo auxiliari.

ib., 25.

Bellum reipublicæ contra principem, vide SEDITIO.

Bellum privatum, vide DUELLUM. XII.

Si segetes comburantur in bello justo, an teneatur ad solvendas decimas, qui combussit.

XIII, 230, 17.

Bellandi actio, an possit in festo fieri.

359, 10-11.

Deferentes, aut transmittentes ad infideles arma illa, quibus ad impugnandos catholicos utuntur, aut eorum materiam, incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ.

XXIII, 522, 52.

Non vero deferentes alias res prohibitas.

ib.

Licet in aliis iuribus excommunicentur.

ib.

Comprehenditur tamen pecunia.

523, 55.

Quid de victualibus aut vestimentis.

ib., 57.

Certiores faciens inimicos christianæ reipublicæ de ejus statu, in ejus perniciem, incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ.

524, 58.

Dans eisdem infidelibus consilium, auxilium aut favorem.

ib.

Non tamen dans revelanti consilium, auxilium, etc.

ib., 59.

Incurrit item nuncius vel deferens litteras.

ib.

Christiani coacti remigantes in triremibus Turcarum in actuali incursu contra Christianos, peccant mortaliter.

ib., 61.

Regulariter tamen excusantur ab excommunicatione Bullæ Cœnæ contra dantes auxilium infidelibus.

525, 62-63.

Vide verbo PIRATA. XXIII.

Bellum justum utrinque esse potest ex ignorantia.

XXIV, 416, 8.

Bello justo adducitur devictus populus in servitutem.

212, 20.

Bello non fit via consentanea ad veritatem apertendam.

ib.

BENEDICTIO.

Benedictionis duplex genus.

XV, 483, 11.

Benedictiones aliquæ ita sunt propriæ Episcopo-

rum, ut nec per Pontificem committi possunt simplici sacerdoti, et quænam illæ sint.

XVI, 271, 1.

Benedicere sacras vestes et corporalia possunt Abbates regulares, et quo jure hanc potestatem habeant.

ib., 2.

Benedictiones, quæ unctionem chrismatis requirunt, an possint a dictis Abbatibus conferri.

274, 8.

An dicta potestas benedicendi possit consuetudine præscribi.

ib.

Ad quas res benedicendas extendatur dicta potestas.

ib., 9 et seq.

Quibus Prælati hæc potestas concedatur.

ib., 9-10-11.

Benedictiones nuptiales conferre sub gravi censura religiosis interdicitur.

1016, 20.

An religiosi Societatis propter sua privilegia in aliquo casu aut loco eas conferre possint.

ib. et 1017, 21.

Abbates benedicti, vide ABBAS. XVI.

In modum crucis a Christo introducta.

XIX, 974, 5.

BENEDICTIO MENSÆ.

Benedictio mensæ an sit de obligatione, etiam ecclesiasticis.

XIV, 237, 16.

S. BENEDICTUS ET BENEDICTINORUM ORDO.

S. Benedicti religio quando et quomodo cœperit.

XVI, 504, 4.

Quod institutum seu professio ejus.

ib., 5.

Alia monasteria, quæ ante Benedictum non paucæ erant in Occidente, ejus regulam sunt amplexata.

ib., 6-7.

Obligationes quæ religiosis Benedictinis jure communi imponuntur, quomodo intelligantur, et an comprehendant etiam alios religiosos.

507, 11-12.

Benedictinæ familiæ viri insignes, et cur varie numerentur.

506, 10.

Benedictino ab ordine an manarit Cluniacensis.

508, 1.

An Cisterciensis et alii.

509, 3.

BENEFACITOR, BENEFICENTIA.

Benefactor an beneficiatus sit magis ex charitate diligendus.

XII, 716, 9.

Benefactor insignis, an aliquando preferendus patri.

717, 15.

Beneficentia est actus exterior a charitate elicitus.

647, 7.

An dari possit circa Deum.

ib.

BENEFICIATUS, BENEFICIUM.

Beneficiatus quando peccat contra legem Ecclesiæ, sine intentione recitandi, licet non manifestata.

V, 382, 12.

Privatio beneficii ante omnem sententiam imponi potest.	429, 8.	Si non daretur jus positivum, possent pecuniam petere.	ib.
Beneficiatus non recitans pro rata restituere tenetur.	444, 9.	Ex jure divino prohibitum est privatis personis vendere beneficium.	772, 38.
Beneficium parochiale recipiens, quomodo obligatur ad ordines.	448, 10.	An beneficiatus, stando in jure divino, possit locare fructus, separando illos a titulo beneficii.	773, 39.
Beneficiorum suorum bona alienantes privantur suis beneficiis ipso facto.	449, 14.	Simonia est in privata persona petere quid ab eo cui beneficium confert.	ib., 41.
Uniones perpetuæ beneficiorum difficiles.	XIII, 180, 3.	Probabile est non esse hoc intrinsece malum; probabilius tamen oppositum.	774, 42.
Beneficium quid significet.	760, 1.	Præstimonia sunt beneficia ecclesiastica, materia simoniæ.	775, 4.
In eo datur jus ministrandi, et præbendæ.	ib.	Episcopus non potest facere divisionem in beneficiis.	829, 16.
Descriptio illius.	761, 2.	Indignus peccat sibi petendo beneficium.	866, 6.
Beneficia distinguuntur per titulos.	ib.	Peccat etiam qui petit pro altero indigno.	ib.
Titulus beneficii semper est spiritualis.	761, 3.	Non est necessaria paupertas, ut dignus possit petere beneficium simplex.	ib.
Beneficium semper est annexum gradui clericali.	ib.	Si quis moraliter se reputat dignum, non peccat petendo beneficium curatum.	ib., 7.
Est materia simoniæ contra jus divinum.	761, 4.	Non est necesse ut se præferat positive aliis, sed sat est quod non habeat principia, ut alium judicet digniorem.	ib.
Si dentur redditus ecclesiæ sine titulo, hoc non erit beneficium.	ib.	Petere beneficium pro indigno, sacrilegum est, sed non simoniacum.	ib., 8.
Quod spirituale est in beneficio, est de jure divino quoad substantiam.	762, 5.	Beneficii possessor redimere potest injustam expulsionem.	921, 30-31.
Nec Pontifici licet vendere beneficium secundum jus spirituale.	ib.	Quando liceat transactio in materia beneficiorum, vide TRANSACTIO. XIII.	
Quod est temporale in beneficio non potest vendi nunc sine simonia.	ib., 6.	Simoniaca actio ordinata ad beneficium, quomodo irritetur, vide SIMONIACA ACTIO QUÆ VALIDA. XIII.	
Sententia asserens, hanc simoniam esse contra jus divinum.	ib., 7 et seq.	An recipiens beneficium privetur beneficiis obtentis, vide PENA. XIII.	
Opposita sententia proponitur.	764, 12 et seq.	Beneficium ecclesiasticum, an detur ob recitationem.	XIV, 429, 8.
An jus spirituale possit separari in venditione, et non in traditione.	765, 15.	Beneficium ecclesiasticum importat obligationem recitandi.	353, 1.
Tertia opinio distinguens inter beneficium simplex, et curatum.	767, 20-21.	Beneficia multiplicata non important plures recitationes in die.	337, 6-7.
Impugnatur.	768, 22.	Beneficia manualia, quæ dicantur.	378, 16.
Quando præbenda est annexa officio mere temporali, potest dari laico.	767, 21.	Beneficii titulus sine possessione, quando obliget vel non obliget ad recitandum.	361, 7 et seq.
In beneficio simplici, et curato, datur jus spirituale.	768, 22.	Beneficii possessio pacifica cum titulo, vel cum morali ope fructuum, obligat ad recitandum.	363, 1.
Papa potest separare præbendam ab officio, et sic eam vendere, vel dare laico.	ib., 23.	Beneficium accipiens cum onere solvendi alteri fructus omnes, tenetur recitare.	363, 2-3.
Potest vendere beneficium quod hactenus fuit spirituale officium, extinguendo spirituale officium.	ib.	Beneficii pacifica possessio sine fructibus primi aut secundi anni obligat ad recitandum.	364, 6.
Potest dare beneficium cum onere solvendi sibi, vel aliis partem fructuum.	ib., 24.	Beneficiorum primi fructus non possunt cedere Episcopis.	365, 8.
Hoc non est pretium accipere.	ib.	Beneficiorum primi fructus, quibus possint applicari.	366, 10-11.
Probabile est posse Papam æstimare valorem pensionis, et eum simul accipere.	ib., 25 et seq.	Beneficii fructu omni injuste privatus, an teneatur recitare.	368, 16 et seq.
Hoc non est vendere beneficium.	770, 30.		
Nunquam hoc fecerunt Pontifices.	ib., 31.		
Quomodo Pontifex media separatione possit exigere pecuniam dando beneficium.	ib., 32.		
Conciliantur opiniones de venditione beneficii.	ib.		
Prælati inferiores non possunt sine simonia vendere, aut ullo titulo pro beneficio pecuniam petere.	771, 35.		

Beneficii fructus primos applicandi operi pio consuetudo nec reprobata est, nec deobligat a recitando. 366, 11.

Beneficii possessor, licet fructus non percipiat sponte vel culpa sua, tenetur ad recitandum. 367, 13.

Beneficium, sine ulla fructuum spe, videtur non obligare ad recitandum. 369, 18.

Beneficii tenuitas non deobligat regulariter a recitando. 372, 9.

Beneficii tenuitas an aliquando deobliget a recitatione. 373, 11.

Beneficii fructus soli, quando dantur clerico per modum stipendii, propter actionem temporalem, non obligant ad recitandum. 374, 2.

Beneficiatus ad duo munera impossibilia obligatus, quomodo se debeat habere. 317, 19.

Beneficiatus, qui distributiones accipit ob assistentiam, nisi adsit non potest accipere. 318, 20.

Beneficiatus, qui per primos sex menses non recitat, an et quid teneatur restituere. 429, 7 et seq.

Beneficiatus non recitans post primos sex menses, qua proportione debeat restituere. 432.

Beneficiatus recitans in peccato mortali, an teneatur restituere. 435, 15.

Beneficiatus ex oblivione non recitans, utrum teneatur restituere. 435, 16.

BENEFICII COLLATIO.

Ex quo pensetur ratio majoris beneficii moraliter. XI, 280.

Probabile est nullam justitiam violari si conferatur beneficium digno, relicto digniori, sed oppositum communius. 553, 40.

Beneficium, cæteris paribus, quo indigniori datur, eo est majus. XXII, 259, 11.

Quid nomine parochialis beneficii intelligatur. 592, 21.

Beneficii collatio facta indigno est valida. 1122, 15.

Irritabilis tamen, excepta electione Summi Pontificis. 1122, 16.

Beneficii collatio, præsentatio aut nominatio facta excommunicato est nulla. XXIII, 345, 2—348, 11.

Et idem est de provisione et postulatione. ib.

Et de resignatione in ejus favorem. 349, 12.

Et de impetratione ab ipso obtenta. ib., 13.

Etiamsi excommunicatio denunciata non sit. 354, 28.

Imo etiamsi excommunicatio ab utroque ignoretur. 355, 32.

Beneficii collatio motu proprio facta excommunicato a Pontifice ignorante excommunicationem, est nulla. 349, 14.

Secus si illius scientiam habeat. ib.

Beneficii collatio facta excommunicato, si declaratur irrita, tenet in utroque foro. 123, 29.

Beneficium conferens excommunicato, et ipse recipiens, quam pœnam incurrant. 357, 36.

Quis possit dispensare in defectu collationis beneficii excommunicato factæ. 357, 36 et seq.

Beneficii collatio ab excommunicato facta illicita est. 373.

Etiam non denunciato. ib.

Nisi conferat ad petitionem provisi. ib.

Est item invalida, si excommunicatus vitandus conferat. 373, 2-3.

Unde sic intrusus tenetur beneficium relinquere. 373, 2.

Quæ omnia procedunt in institutione. 383, 32.

Et in confirmatione beneficii. ib.

Qua beneficii collatione privatus sit excommunicatus. 374, 5 et seq.

Qui conferunt aut recipiunt beneficia eorum, qui ad Romanam curiam profecti sunt, ab officio suspenduntur. 125, 16.

Et interdicuntur. 265, 8.

Episcopus a beneficio suspensus non est prohibitus beneficia conferre. XXIII bis, 42, 30.

BENEFICII ACCEPTATIO.

Cui fit collatio beneficii vacaturi, si dum vacat est excommunicatus, licet acceptet, non acquirit illud, sed requiritur nova collatio post absolutionem. XXIII, 351, 20.

Conferens beneficium excommunicato, et ipse acceptans, peccant graviter. 352, 22.

Etiamsi excommunicatus vitandus non sit. 354, 28.

Nisi ob ignorantiam excusentur. 352, 22.

Elector tamen non incurrit pœnas juris eligendo non vitandum. 354, 29.

Non potest Episcopus dispensare in collatione beneficii collati excommunicato ab inferiori, nisi de ejus consensu. 358, 39.

Excommunicatus beneficium acceptans ante excommunicationem sibi collatum, non peccat. 352, 24.

Et est valida acceptatio. 350, 16.

Post tamen irritari, dum excommunicatus non absolvitur. 350, 18.

BENEFICIORUM PERMUTATIO.

Ex sola conventionione partium facta, licet sit iniqua, non est simonia contra jus divinum. XIII, 808, 4.

Est simonia contra jus ecclesiasticum. 809, 6.

Licet nulla pecunia interveniat. 809, 7-8.

In permutatione beneficii auctoritate privata non distinguitur illicitum, quia prohibitum et simoniacum. 810, 11.

Commutatio beneficii privata auctoritate merito est prohibita. ib.

Quando permutatio fit auctoritate Episcopi, non dispensat in lege pontificali. 811, 13.
 Permutatio cum pactione, auctoritate privata occulte facta, est simonia. ib.
 Commutationes facere in provisione beneficiorum est simonia. 811, 14.
 Simonia est ita pacisci, Tu elige hunc, et ego tibi eligam illum. ib.
 Simonia est permutare beneficium pro jure inchoato ad aliud. 812, 16.
 Cedere præsentationi, ut alius sibi conferat expectationem, quam habet a Pontifice, est simoniacum. 812, 17 et seq.
 Potest fieri auctoritate prælati. 813, 19.
 Permutatio beneficiorum, et eorum quæ illis sunt annexa, est prohibita. 811, 15.
 Extra materiam beneficiorum non est in jure prohibitum commutare spiritualia. 813, 20.
 Simonia est, si quis in permutatione solvat omnes sumptus Bullarum, nisi id Pontifici aperiat. 830, 19.
 Omnia beneficia proprie possunt inter se permutari. 824, 1.
 Quid requiratur, ut, qui habet plura beneficia ex dispensatione, possit permutare cum habente unum. ib.
 Quando inæqualitas beneficii est in spirituali, non licet illam supplere per temporale. 825, 3.
 Quot modis sint beneficia inæqualia. 824, 2.
 Beneficium dignius et tenuius, quomodo possit commutari propinquiori minus digno sine simonia. 825, 3.
 Quando sunt inæqualia in fructibus, non licet compensatio per pecuniam. ib., 4-5.
 Permutatio beneficiorum est materia odiosa, non favorabilis. 823, 8.

BENEFICIORUM PERMUTATIO CUM PENSIONE.

Permutatio cum pensione non potest fieri auctoritate privata. XIII, 820, 1.
 Pensio in titulum beneficii erecta potest permutari cum beneficio in manibus Episcopi. ib., 2.
 Pro alia spirituali pensione solum Papæ auctoritate potest permutari beneficium. 821, 3.
 Hoc etiam probabilius est, licet quis habeat licentiam Pontificis ad transferendam pensionem. ib.
 Pensio non extinguitur, quando illi quis renuntiat, sub conditione ut in alium transferatur. 822, 6.
 Pensio translata in alteram personam est eadem numero. ib.
 Cur non extendantur jura de permutatione beneficiorum ad eam quæ fit cum pensione. ib., 7.
 Nec pensionum permutatio, nec collatio potest fieri ex auctoritate Episcopi. ib.
 Pensio mere temporalis non potest mutari cum

beneficio sine simonia contra jus divinum. 823, 9.
 Non potest fieri a Pontifice per modum permutationis, quamvis ab eo possit idem effectus aliter. ib.
 Assignantur duo modi, quod idem effectus fiat. ib., 10.
 Permutare beneficium ex prælati auctoritate, imposita pensione ex proprio arbitrio, est simonia. 829, 15.
 Si pensio imponatur ex consensu prælati inferioris Pontifice, similiter. ib., 16.
 Permutatio beneficiorum cum pensione potest fieri auctoritate Pontificis. ib., 17.
 Si beneficium unum sit dignius, videtur simonia si in illo pensio ponatur a Pontifice in commutatione. 830, 18.
 Hoc non est intrinsece malum, nec per se damnum. ib.
 An legatus Papæ possit imponere pensiones. 838, 21.

BENEFICII COMMUTANDIS QUÆ AUCTORITAS PRÆLATI NECESSARIA.

Auctoritas superioris requiritur ut permutatio licite fiat. XIII, 814, 2.
 Per eam non solum fit personarum translatio, sed etiam beneficiorum commutatio. ib., 3-4.
 Licet partibus tractare permutationem inter se cum ordine ad consensum prælati. 815, 5.
 Non solum tractare, sed etiam mutuo se obligare possunt. 816, 6-7.
 Possunt se obligare ad perseverandum in conventionem, si prælati consenserit. ib., 7.
 Item ad non revocandam conventionem, donec prælatus consensum neget. ib., 8.
 Episcopus potest dare hanc licentiam, si non adjungatur onus ex altera parte. 817, 9.
 Qui prælati comprehendantur hic sub nomine Episcopi. ib., 10.
Causæ principalis ratio variis modis ab aliquibus declaratur, et impugnantur omnes. XXV, 385, 7 et seq.

Causa efficiens principalis est quæ per virtutem saltem æque nobilem cum effectu in eum influit. 591, 18.

Causa efficiens principalis prima et secunda. ib., 20.

Causa instrumentalis sub efficienti, non sub materiali causa collocanda. 393, 16.

Causæ instrumentalis rationem, ut a principali distinguitur, in influxu per virtutem inferioris perfectionis ab effectu consistere concluditur. 591, 19.

Causa instrumentalis formam ab agente intentam propria actione attingit. 587, 11.

Causa instrumentalis ad actionem principalis agentis triplici modo concurrere potest. 588, 12.

Causæ instrumentales in arte factis figuram ipsam non attingunt. 590, 17.

Causa instrumentalis, quam motionem a principali requirat. 589, 14.

Causa instrumentalis, seu instrumentum conjunctum et separatum secundum esse et secundum causalitatem, quid, qualiterque connexa. 592, 22.

Causa instrumentalis sine actione principalis agentis effectum nobiliorem se nequit producere. 606, 22.

CAUSA PRIMA ET SECUNDA.

Omnis causa secunda requirit, ad operandum, aliquam applicationem, quæ multiplex est. XI, 26, 5 et seq.

Cur causæ secundæ dicantur instrumenta primæ, cum revera sint causæ principales in suo genere. 31, 18.

Non indiget ex vi subordinatis prævia determinatione primæ, ut operetur. 32, 1.

Causæ secundæ ex solo consortio aliarum determinantur aliquando. 33, 2.

Nulla causa est determinata ad unum solum individuum. 34, 7.

Quibus modis prima causa secundam moveat juxta D. Thomam. 49, 4 et seq.

Causa secunda agit in virtute primæ, eo solum quod agit per suam virtutem ab illa participatam. 51, 9.

Causa secunda ideo primæ dicitur subordinata, quia sine illa operari non potest. 52, 12.

Non quia indigeat prædeterminatione physica. ib.

Cur non casu cum prima jungatur. ib.

Prima causa duobus modis secundis utitur. ib., 13.

Aliud est actionem causæ secundæ esse sub dominio Dei, et esse ex illo. ib.
 Qua ratione prima causa secundas applicet ad agendum. 53, 14.
 Causa secunda improprie dicitur esse prior in genere causæ materialis, quam prima. 79, 7.
 Neutra prius alia influit prioritate causalitatis, etiam si prima prius influat alia prioritate. ib.
 Causa prima, supposito suo decreto, necessario concurrat cum secunda. ib., 8.
 Deus immediate influit in ea omnia quæ fiunt. ib.
 Per causas secundas operatur Deus quoad commode potest fieri. XIV, 102, 5.

CAUSA EFFICIENS PRIMA.

Causam primam immediate et per se ad omnem actionem creaturæ concurrere, ita certum ut oppositum sit error in fide. XXV, 803, 6.
 Causa prima cum agentibus creatis immediatione suppositi et virtutis concurrat, et quid utrumque sit. 805, 16 et seq.
 Causa prima cum materiali et formali causa ad proprias earum causalitates efficienter causando concurrat, non vero ut prima causa materialis aut formalls. 807, 24 et seq.
 Causa prima non solum ad effectus particularium causarum defectu occurrentes ut particularis causa concurrat, sed etiam ad alios, et qui illi. 614, 40.
 Causa prima cum secundis concurrentibus plus suppositive facit, quam si sola effectum attingeret, formaliter vero non item. 596, 10.
 Causa prima se sola producere potest effectum quemlibet causæ secundæ, sed non eodem concursu, quo cum illa concurrens. 788, 10 — 831, 9.
 Causa prima, cum supplet concursum materialis vel formalis causæ, id per meram efficientiam præstat. 809, 30.
 Causa prima cum secundis necessariis, quo sensu per modum naturæ dicatur occurrere, illisque quo pacto uniatur, ne casu videatur concurrere. 829, 3 et seq.
 Causæ primæ maxima perfectio est ut ab ea creaturæ omnes in sui conservatione pendeant. 789, 14.
 Causa prima ad immanentes actiones nostras concurrens, cur ab eis non denominetur. 585, 7.
 Causa prima an habeat actionem aliquam ita propriam, ut eam non possit secundæ communicare. 769, 11.
 Causæ primæ concursus non est virtus indita secundæ tanquam principium aut conditio per se agendi. 815, 19 et seq.
 Nec ut complens virtutem secundæ, nec ut instrumentaria virtus Dei. 818, 31.
 Causæ primæ concursus ad extra essentialiter est

aliquid per modum actionis, et cujusdam fieri immediate manantis a Deo. 814, 15.
 Causæ primæ actio concurrentis cum causa secunda non distinguitur ab actione secundæ. 826, 2.
 Neque est causa illius. 827, 16 et seq.
 Habentque idem subjectum. 828, 12.
 Causæ primæ internus concursus prior natura concursu causæ secundæ; externus vero non ita, nisi dignitate. ib., 9-10.
 Causæ primæ, qui concursus ad posse causæ secundæ, qui ad agere requiratur. 830, 7.
 Causæ primæ concursus pro secundarum varietate diversus. ib., 8.
 Causa prima paratum habet liberis concursum indifferentem, tum ad speciem, tum ad exercitium actus. 838, 38.
 Causa prima cum secundis liberis, quo pacto concurrat, earum libertate indemni servata, variis aliorum sententiis impugnatil dilucide traditur. 709, 13 et seq. — 831, 10 et seq.
 Causa prima ita præbet concursum cum quo voluntas se determinat, ut tamen nullus actus sine absoluta Dei voluntate fiat. 836, 29 et seq.
 Causa prima, licet non semper absolute præfinit actionem creaturæ, nunquam tamen concurrere cum illa quasi in aliquid incertum tendit. 836, 31.

Causæ primæ libertas in agendo. Vide DEUS. XXV.
 Causa prima ex necessitate naturæ agente, quænam libertas esset in secundis. Vide infra, CAUSA SECUNDA LIBERA. XXV.

CAUSA SECUNDA.

Causas secundas vere efficere effectus sibi connaturales, experientia, ratione, principiisque fidei, etiam de corporalibus causis, demonstratur. XXV, 594, 5 et seq.
 Causæ secundæ non possunt efficere substantiam secundum se, sed supposita materia educendo formam substantialem, quod proprium est materialium causarum. 597, 15.
 Causæ secundæ principium principale quo, in substantiæ productione, forma substantialis ejus, minus autem principale accidentia. 599, 2 et seq.
 In productione vero accidentium ab ea resultantium, sua propria substantia. 615, 3.
 Alia vero, quæ sic non resultant, per aliquod accidens realiter distinctum causari, inductione ostenditur in agentibus corporeis et spiritualibus. 619, 15.
 Causa secunda; unde determinetur ad hunc numero effectum magis quam ad alium producendum. 691, 10.
 Causa prima et secunda, cum ad eundem effec-

- tum concurrunt, in suis ordinibus totales sunt, possunt vero aliquo modo partiales dici, partialitate causæ absolute dictæ : effectus vero non ita. 807, 21-22.
- Tunc autem qualiter non fortuito jungi dicantur. 807, 23.
- Causæ secundæ, an et qualiter applicentur vel moveantur a prima ad agendum. 816, 23.
- Causa secunda non potest dici excitari a prima ad agendum per aliquid, quod in illa producat. 817, 28.
- Causa secunda qualiter ad individuum effectum a prima determinetur. 818, 31.
- Causæ secundæ ad primam subordinatio physicam determinationem non requirit, imo nec in ea consistere potest. 821, 42.
- Causam secundam non agere nisi ut motam a prima, de physica præmotione intellectum, omnino falsum, secus de concomitante. 822, 47.
- Causam secundam applicari a prima ad agendum, non de prævia, sed de formali seu actuali applicatione, verum. 823, 49-50.
- Causam secundam agere in virtute primæ, quidnam sit, exponitur. 824, 51.
- Causæ secundæ, cur dicantur instrumenta primæ. 824, 54.
- Causæ secundæ actio per seipsam a Deo pendet. 827, 56 et seq.
- Causa secunda in suo genere completa nunquam per se essentialiter pendet in agendo ab aliquo agente creato habente per se modum causæ universalis, secus incompleta. 840, 10 et seq.
- Causæ aliquæ creatæ, quæ universales dici solent, qualiter id habeant, et a causa prima universali hac in re differant. 842, 18.
- Causæ inferiores, qualiter superioribus subordinentur. 842, 19.

CAUSA SECUNDA LIBERA.

- Causæ secundæ liberæ nequaquam esse possunt, si prima causa libera non esset. XXV, 701, 5.
- Causa libera nullum libertatis exercitium habere posset, Deo, cum illa, ex necessitate naturæ concurrente. 703, 12.
- Causæ liberæ ita libere concurrerent, ac modo, etsi Deus eundem quem nunc concursum ex necessitate naturæ exhiberet. 704, 15.
- Causæ liberæ definitio, scilicet quæ, positus omnibus requisitis, potest agere et non agere, declaratur. 707, 5 et seq. — 948, 14.
- Causa libera ad actum suum, qualiter seipsam determinet. 837, 34.
- Causa libera etiam post oblatum concursum ex parte Dei potest non operari. 837, 36.
- Causa efficiens libera potest in contrarios effectus

- vel successive, vel simul et disjunctim in eodem, vel simul atque conjunctim in diversis. 948, 14.
- Causa libera solum est ea cujus actus intrinsece est voluntarius. 717, 19.
- Causæ liberæ determinatio non solum non requirit iudicium practicum, eam omnino determinans, sed nec illud admittit. 721, 7.
- Neque etiam semper requirit iudicium dictans hoc esse faciendum consequenter ad priorem affectum. 724, 3 et seq.
- Causa libera, ut male operetur, errorem intellectus non requirit, moraliter tamen semper intercedit aliquis defectus intellectus. 725, 10.
- Causæ liberæ modus operandi sitne perfectior modo operandi causæ necessariæ. 732, 21.
- Causam liberam in instanti in quo operatur propriissime libertatem exercere, dilucide explicatur. 733, 3 et seq.
- Vide infra verbo LIBERTAS, et LIBERTA POTENTIA. XXV.

CAUSA NECESSARIA NATURALIS.

- Causas necessario agentes, si omnia requisita ad agendum adsint, dari ostenditur. XXV, 688, 1.
- Causæ necessariæ, quænam exigant requisita ad agendum. 688, 2.
- Causas necessarias indifferentiam ad plures effectus non habere, ex particularium exemplorum discussione colligitur. 689, 5.
- Causæ necessariæ sunt omnia agentia quæ sine usu rationis operantur. 692, 12.
- Causæ necessariæ per nullam naturalem virtutem possunt ab actione impediri, si omnia requisita ponantur. 692, 14.
- Causæ necessariæ, cur magis hunc numero effectum quam illum efficiant. 691, 11.
- Causæ necessariæ, dum hoc agunt, etiam in sensu diviso nil aliud facere possunt. 830, 6.

CAUSA UNIVOCA ET ÆQUIVOCA.

- Causæ in univocam et æquivocam divisio proprie de causa principali proxima traditur. XXV, 591, 21.
- Causa univoca supponit in passo formalem dissimilitudinem, æquivoca vero quasi eminentialem. 670, 7 — 670, 9-10.
- Causa univoca non habet pro adæquato objecto totam speciem suam. 939, 15.
- Causæ univocæ virtus activa variis modis assignatur, veriorque approbatur. 939, 15.
- Causa univoca potest eandem qualitatem intendere quam alia causa suæ speciei effecit. 944, 23.
- Causis duabus univocis totalibus et virtute æqualibus eidem passo simul applicatis, quid fieret 942, 28.

Causa æquivoca efficere potest eundem numero effectum quem univoca inferior. 938, 14.

CAUSA FINALIS.

Causa finalis vera causa ostenditur : imo et realis.

XXV, 388, 3 — 845, 10-11.

Causa finalis in moralibus, præstantior omnibus. 390, 8.

Finis appetitio est propria actio viventis, nullatenus generanti tribuenda. 647, 30-31.

Causa finalis non refertur relatione reali ad effectum, bene tamen e contra. 846, 13.

Causa finalis seu finis est adæquatam objectum voluntatis formale, materiale non ita. 873, 17.

Causa finalis et efficiens ex suo genere pure perfectæ. 927, 7.

Causæ finalis rationem res indifferens, in quantum talis, induere non potest. 865, 7.

Causa finalis rationem habere potest minus bonum circa voluntatem, ratione libertatis ejus, malum autem nequaquam. 866, 10.

Causa finalis esse potest res per solam apparentem bonitatem. 867, 12.

Causalitatem finalem solum habere potest bonum honestum et delectabile, utile vero nequaquam.

868, 16 et seq. — 869, 5.

Causare finaliter medium nequaquam potest, maxime primum, alia namque in ratione terminandi cum fine conveniunt. 871, 11 et seq.

Finalizare possunt negationes et privationes in virtute positivi boni, relationes vero rationis aut prædicamentales nequaquam ; possunt tamen transcendentales. 874, 19-20.

Causa finalis non semper nobilior suo effectu, nisi sit ultimus finis. 919, 9 et seq.

Causa finalis non necessario prius existit quam effectus, est tamen suo modo prior natura illo. 920, 3-4.

CAUSÆ FINALIS DIVISIONES.

Finis Cujus et Cui, quid, qualiterque in utroque ratio finis salvetur, in eodemque conjungi possunt. XXV, 847, 2 et seq.

Et quomodo in genere entis vel causæ comparentur. 848, 6 et seq.

Finis Cujus in operationem et rem factam divisio, utriusque exempla. 849, 9.

Finis actionis dicitur terminus per illam productus, finis vero rei factæ, omnis usus ad quem ipsa ordinatur. 849, 10-11.

Finis formalis operatio ipsa dicitur, objectivus vero per operationem attingitur. 850, 12.

Finis aliquando fit per operationem agentis, aliquando supponitur esse, et per eam obtinetur. 850, 13.

Finis divisio in proximum, remotum et ultimum traditur, ejusque necessitas et sufficientia ostenditur. 850, 14-15.

CAUSÆ FINALIS RATIO, ET CONDITIONES CAUSANDI.

Causæ finali proxima et adæquata ratio causandi est bonitas ejus, XXV, 864, 2.

Et quæ hæc sit. 866, 8.

Causa finalis ut causet, præcognitionem sui exigit. 873, 2.

Imo perfectum judicium de convenientia rei, illudque practicum. 877, 10-11.

Causa finalis per cognitionem applicata effective non influit. 878, 14.

Causa finalis ut actum aliquem causare dicatur, quid requirat. 853, 9 et seq.

Causa finalis secundum esse reale causat ; est autem conditio ad causandum quod apprehendatur. 878, 1 et seq.

Finalizandi ratio ex diversitate apprehensionis variari potest. 881, 11.

CAUSÆ FINALIS CAUSALITAS.

Causalitas finis, cur metaphorica dicatur. XXV, 847, 14.

In fine esse id cujus gratia est mere extrinseca denominatio, in qua ejus causalitatem ostenditur non posse consistere. 859, 3.

Causalitatem finis in metaphorica motione antecedente omnem voluntatis actum non posse consistere, ostenditur. 859, 4-5.

Causalitatem finis aliquid ab ipso distinctum importare necesse est. 862, 10.

Et in re existere ut finis actu causet, et non tantum objective. 862, 11.

Causalitas finis est ipsemet actus voluntatis, qui sicut, ut a voluntate, est causalitas efficiens, ita, ut a fine, est motio metaphorica ejus. 861, 8-9.

Eadem causalitate finis movet ad actionem imperatam et imperantem per modum unius. 863, 16.

CAUSÆ FINALIS QUI EFFECTUS ET IN QUIBUS.

Causæ finalis effectus est executio mediorum, imo et eorum electio. XXV, 833, 6.

Et actus omnes, qui circa finem versantur, sive ejus consecutionem antecedant. ib., 8.

Sive sequantur. 855, 14.

Causat finis actiones omnes ex imperio voluntatis manantes, et effectus earum, naturales vero actiones non ita. 856, 18-19.

Causam finalem seipsam causare non inconvenit, semper tamen ejus effectus, etiam ultimus, ab adæquata causa finali distinguitur. 857, 22.

Finalis causæ effectus dici potest actio imperata

- per modum actionis, et causalitas ejusdem respectu rei per imperatam actionem productæ. 864, 17.
- Finis omnes et singulos voluntatis actus causat. 873, 18.
- Fines plures extrinseci totales dari possunt respectu ejusdem actionis; secus si sint intrinseci, vel ultimi. 944, 33.
- Causa finalis eadem potest plures effectus simul causare, imo et contrarios successive. 946, 7.
- Causa finalis non datur circa actus immanentis, determinationesque liberas Dei; secus respectu externarum actionum. 882, 2 et seq. — 884, 8 et seq.
- Finalis causa in actionibus naturalium agentium invenitur, non ut ab ipsis manant, sed ut superioris agentis directioni substant, et quam hoc sit necessarium. 887, 5 et seq.
- Finis est prima radix diversarum dispositionum in naturalibus rebus. 887, 7.
- Finis rationem bruta formaliter non norunt; aliqualem autem ejus causalitatem participant. 889, 14-15.
- CAUSA FINALIS, SEU FINIS ULTIMUS.**
- Finem aliquem ultimum tam positive quam negative in omni serie actionum constituere, ostenditur necessarium. XXV, 890, 2 et seq.
- Finem ultimum simpliciter dari respectu omnium rerum, et finium particularium coordinationumque eorum, huncque esse Deum ipsum, ut evidens ratione naturali demonstratur. 892, 9 et seq.
- Finis ultimus objectivus creaturarum est Deus. 894, 16.
- Finis Cui omnium suarum actionum dicendus est Deus ipse, Cujus autem respectu creaturarum. 894, 17.
- Deus, ut ultimus finis, omnes creaturæ actiones causat saltem prout ab ipso sunt efficienter, quod in peccaminosis qualiter verum. 896, 8. — 897, 13.
- Finis ultimus a creaturis non semper in propriis actionibus intenditur, potest tamen aliquando. 898, 14.
- Finis ultimi intentio propria et elicita non antecedit intentiones particularium finium necessario. 898, 16.
- Exemplarem causam non esse rem objective cognitam, de divinis exemplaribus seu ideis ostenditur. 902, 10 et seq.
- De creatis vero idipsum demonstratur. 904, 17 et seq.
- Exemplar humanum non est rei in individuo faciendæ. 905, 21.
- Causa exemplaris non potest esse causa sui ipsius, sicut finalis. ib., 22.
- Exemplar esse formalem conceptum mentis, tam ex determinatione et directione actionis, quam ex ratione principii, cognitionis, mensuræque rei factæ, quæ sunt propria ejus munera, ostenditur. 906, 26 et seq.
- Exemplar ex sua propria et intrinseca ratione non petit actu et directe cognosci ut objectum quod, petit tamen aliqualem cognitionem quæ, quo perfectior fuerit, perfectius ipsum causabit. 908, 31 et seq.
- Exemplar formare et cognoscere duos actus dicit in nobis re distinctos, in Deo vero ratione solum. 908, 34-35.
- Exemplaris reflexa cognitio, necessaria est artificiali aliquando, non tamen toto tempore quo actio durat. 909, 38-39.
- Causa exemplaris et finalis, quoad cognitionis necessitatem, in quo conveniant et differant. 910, 40.
- Exemplaris ad exemplatum similitudo formalis est, non naturalis. 910, 41.
- Exemplaria divina subire possunt rationem exemplarium respectu alterius intellectus a quo videantur, si cum iis detur et vis operandi. 910, 43.
- Causam exemplarem veram causam esse. 910, 1.
- Et a finali distingui, licet aliquando jungantur. 911, 3.
- Exemplar actionum et effectuum Dei ad extra solus ipse Deus. 912, 6.
- Causam exemplarem ad genus causæ formalis reduci non posse, inductione in Deo et creaturis ostenditur. 913, 8 et seq.
- Quo sensu dicitur forma ad quam. 915, 16.
- Causa exemplaris ad efficientem reducitur. 914, 12.
- Ab ea tamen qui distinguatur. 916, 17.
- Causæ exemplaris genus in solis intellectualibus agentibus invenitur, et perfectissime in Deo respectu omnium effectuum, in agentibus vero creatis solum respectu artificialium. 916, 18.

CAUSA EXEMPLARIS, ET EXEMPLAR.

- Exemplaris significatio, variæ acceptiones, propria descriptio. XXV, 899, 1 et seq.
- Exemplar semper est in intellectu. 900, 3.
- Causæ exempla res naturalium in sola divina mente reperiuntur. 900, 4.

CAUSA PRÆDESTINATIONIS.

- Causa bifariam Deo accommodatur a Patribus. I, 577, 8.
- Causæ duplex acceptio. 321, 3.

- Causæ nomine quid Græci significare voluerint in Deo. 577, 8.
- Causæ nomen in Deo latini non admittunt. *ib.*
- Causa finalis præcipua prædestinationis est Deus. 322, 2.
- Causa finalis prædestinationis certo datur, ea tamen non est in nobis. 324, 8.
- Dari causam ex parte reprobis, ob quam Deus noluerit illi impertiri gratiam congruam, seu media in sua præscientia infallibili ad salutem, necessarium non est. 511, 8.
- Deus effective potest supplere omnem efficientiam ex parte objecti. 90, 19.
- Causam physicam habet effectus quilibet prædestinationis. 322, 1.
- Causa prædestinationis respectu effectuum physica est. *ib.*
- Causa efficiens prædestinationis præcipua Deus censeri debet. *ib.*, 2.
- Causa effectuum prædestinationis nulla alia necessaria est per se, et intrinsece præter Deum, et ipsum prædestinatum. *ib.*, 3.
- Causa physica effectuum prædestinationis est Deus. 324, 1.
- Extra causas physicas ex natura rei requisitas ad prædestinationis effectus Deus aliam, si velit, potest adhibere. 322, 3.
- Causa prædestinationis ex quadruplici capite indagari potest. *ib.*, 4.
- Causa moralis ad efficientem reducitur. Hæc existens supponitur aliquo modo. 325, 2.
- Causa effectuum prædestinationis quo pacto sit homo. 323, 4.
- Causa moralis quadruplex esse potest. 325, 2.
- Quid requiratur ad causæ moralis constitutionem. *ib.*, 3.
- Causa prædestinationis quoad aliquos effectus quomodo possit esse homo adultus. 326, 5.
- Item quoad multos effectus ex parte nostra est efficiens. 323, 6.
- Remota causa et moralis inæqualitatis visionis beatæ est diversitas meritorum, remotior est gratia, et vocatio Dei: remotissima est prima divina prædestinatio. 124, 1 et seq.
- Item causa proxima physica est lumen gloriæ, et intellectus elevatus. *ib.*, 4.
- Causa exemplaris ad efficientem reducitur. 214, 19.
- Objectum est causa proxima actus per se, vel per speciem. 90, 19.
- Causa formalis non materialis est consubstantiabilitas personarum. 685, 6.
- Esse quod dat forma non est distinctum ab ipsa. 87, 7.
- Impossibile est posita causa formali impediri ejus formalem effectum. 137, 20.
- Unicuique causæ proxime in effectum aliquid correspondere quomodo intelligendum sit. 106, 16.
- Dupliciter dicitur causa immediata, scilicet immediate virtutis, et suppositi. 761, 1.

CELEBRARE.

- Celebrare sine vestibus sacris, an liceat. V, 297, 15.
- Prohibitum ne celebret, si infamia gravis sequatur, non obligatur obedire. 431, 12.

CENSURA.

- Censuræ latæ cum particulis ipso jure, ipso facto, etc., significant sententiam latam. V, 445, 1.
- Censura, quid significet. XXIII, 1, 2.
- Est spiritualis pœna. 2, 3.
- Ejus descriptio. 2, 5.
- Tria tantum membra complectitur: 9, 1.
- Eorum sufficientia.. 11, 7.
- Medicinalis pœna cur dicatur. 3, 8.
- Censura imposita propter peccatum, quod non nisi in morte consummatur, quando incurritur. 153, 16.
- Censura lata propter culpam in re non existentem, probatam tamen in iudicio, est invalida quoad privationem communium suffragiorum. 118, 13.
- Neque obligat ad abstinendum secreta ab aliis spiritualibus functionibus. *ib.*, 14.
- Neque in re privat jurisdictione spirituali. 121, 5.
- Aut inhabilitat ad beneficium ecclesiasticum, etc. 122, 27.
- Etiamsi ex gravi negligentia aut contemptu absolutio omittatur. 123, 28.
- Tenetur tamen abstinere in publico ratione scandalis. 119, 17.
- Et tunc ille in publico censuram transgrediens, non incurrit vere et in re pœnas juris. 120, 19.
- Et idem est de nocumentis temporalibus. 121, 25.
- Censuræ sententia ex defectu causæ et probationis est nulla. 123, 31.
- Sive in ipsa sententia causa injusta exprimitur. 124, 34 et seq.
- Sive taceatur. *ib.*
- Estque talis sententia non solum contra jus litigatoris, sed etiam contra jus constitutionis. 125, 37.
- Sententia censuræ sub conditione impertinenti indebite fertur. 53, 1.
- Tamen de præsentis aut de præterito lata, per se, est valida. *ib.*, 3.
- Lata autem sub conditione de futuro contingenti est nulla. *ib.*, 5.
- Censuræ sententia quot modis possit esse nulla. 125, 38.
- Censura contra justitiam commutativam lata, est nulla. 115, 4-5.
- Non si sit contra legalem. 114, 2.

Varia discrimina inter censuram omnino nullam, et nullam solum in foro interiori.	119, 17-18.
Censura lata per sententiam habentem defectum substantialem ordinis juris est nulla.	114, 2.
Non vero si defectus sit accidentalis, licet injustus.	ib., 3.
Est de jure humano.	13, 3.
Etiam excommunicatio.	ib., 5.
Nulli peccato est jure divino censura imposita.	14, 6.
Etiam hæresis.	ib., 7.
Metu extorta, est nulla.	ib.
Censura ab homine, et a jure ferri potest.	32, 2.
Et in quo differant.	43, 9.
Censuram a jure, quis ferre possit.	33, 3.
Plus requiritur ad legem cum censura ferendam, quam sine illa.	ib., 4.
Quoties in censura ponuntur particulæ, ipso jure, ipso facto, vel latæ sententiæ, significant censuram a jure ferri.	40, 1.
Etsi virtute in forma contineantur.	41, 2.
Et idem est de forma, Censuram noveris incursum.	ib., 3.
Et de forma, Anathema sit.	ib., 4.
Unde autem hæ particulæ tantam vim habeant.	43, 8.
Particulæ vero, ex tunc, mox, etc., non sufficiunt per se.	41, 5.
Censura a jure de se est perpetua.	33, 5.
Censuræ obligatio est de jure humano, licet remote a jure divino, aut naturali, originem trahat.	15, 9.

CENSURÆ FORMA.

Censuræ forma debet continere sufficientem manifestationem externam voluntatis internæ ferentis.	XXIII, 3, 1.
Vel per verba determinata, quæ repugnantiam non involvant.	ib., 3.
Vel per similem scripturam.	36, 5.
Vel per nutus judicis voluntatem sufficienter significantes.	ib., 4.
Verba sub pœna talis censuræ non continent censuram ipso jure latam, sed ferendam.	41, 6.
Nisi ex aliis verbis forma ad hunc sensum trahatur.	42, 7.
Forma, Ego excommunico, vel absolvo, an sit valida.	36, 5.
Verba censuræ debent esse definita quoad censuræ speciem.	37, 7.
Etiam infimam.	ib., 8.
Si vero sint æquivoca, ex intentione judicis poterunt determinari.	ib., 7.
Particula, vel, in forma censuræ potest ex intentione judicis ad sensum copulativum applicari.	38, 10.
Censura absque monitione lata est nulla.	67, 3.
	116, 7.

Censura ex judicis intentione sub disjunctione lata obligat reum ad alterutram partem quam ipse elegerit.	38, 11.
Potest tamen illa disjunctiva ad varias personas cum distributione accommoda applicari.	39, 13.
Qualiter autem, et contra quam censuram delinquat reus neutram partem censuræ sub conditione latæ observans.	ib., 14.
Censura in determinatam personam ferri debet.	39, 15.
Sub forma de præsentī, et practice significante.	40, 16.
An per verbum, excommunicetur, etc., censura lata valida sit.	ib., 17.
Censura debet ex scripto proferri.	69, 2.
Quæ scriptura debet esse authentica.	ib., 3.
Non est autem necesse ut judex per seipsum illam legat.	ib., 4.
In qua scriptura debet censuræ causa simul contineri.	70, 5.
Ut censura pro præterito delicto in incertam personam feratur, sufficit delictum esse publicum, etiamsi de persona non constet.	ib., 6.
Quando autem in ordine ad futurum fertur, non requiritur ut censuræ causa sit nota.	ib.
Judex intra mensem requisitus debet reo tradere censuræ exemplum.	ib., 7.
Censura ferri potest sub conditione ad ejus causam pertinente.	43, 2.
Non est contra jus naturale, aut divinum, censuram ab homine sub conditione delicti in futurum committendi ferri.	ib., 4.
Imo neque contra pontificium.	44, 5.
Ut tamen liget, debet durare, et non esse impedita jurisdictio ferentis, tempore quo impletur conditio.	46, 13-14.

CENSURÆ CAUSA OBJECTIVA.

Censuræ incurri possunt ob defectum alicujus actus interioris, non tamen sine exteriori.	V, 382, 13.
Culpa, pro qua est imponenda censura, debet esse illi proportionata.	XXIII, 98, 1.
Censura gravis solum propter culpam mortalem ferri potest : ad leviolem autem sufficit venialis.	ib., 2.
Non est tamen pro quolibet peccato mortali gravior censura ferenda.	99, 3.
Si tamen feratur, timenda est, ut valida.	113, 13.
Propter quodcumque peccatum grave exterius etiam in sua specie non consummatum potest censura ferri.	92, 2.
Censura lata sub verbis prohibentibus effectum ultimum delicti non incurritur, donec effectus omnino sit consummatum.	93, 4.
Ex qua regula varii casus desiniuntur.	ib., 5.
Censura legis prohibentis effectum aliquem non	

incurritur per actionem insufficientem ad illum, etiamsi aliunde per accidens sequatur. 94, 6.
 Etiamsi possit incurri irregularitas. ib., 8.
 Debet tamen certo constare de insufficientia causæ ad effectum. ib.
 Ad incurrendam censuram sufficit delictum voluntarium indirecte, nisi verba canonis plus requirant. ib., 9.
 Opus factum animo ficto absque intentione non est sufficiens materia censuræ legis prohibentis simpliciter talem actum. 96, 15.
 Secus erit, si interna intentio non desit, licet exterius quis subterfugere possit ex tali animo fuisse operatum. 97, 17.
 Qui exterius facit actum sub censura præceptum absque intentione necessaria ad substantiam actus, non incurrit censuram: secus si defectus non sit contra substantiam. 97, 18-19.
 Quid sit censuram pro præterita culpa, quid pro futura ferri. 101, 3.
 Propter peccata præterita, quæ moralem continentiam non habent, non potest censura inferri. 103, 10.
 Censura in ratione censuræ non potest valide ferri absolute pro peccato commisso, nisi præcedat contumacia contra Ecclesiæ præceptum. 102, 6.
 Censura, ut privat bonis spiritualibus, nunquam fertur in puram vindictam. 107, 27.
 Secus ut privat bonis temporalibus. 108, 30.
 Deficiente causa, censura est injusta. 109, 1.
 Censura lata per legem, quæ actu non obligat, est nulla. ib., 2.
 Materia ex se levis relata ad commune bonum per legem intentum potest esse gravis et censuræ proportionata. 112, 12.
 Censuræ sententia lata ex causa, quæ non probatur in iudicio, est nulla. 115, 4.
 Propter peccatum quod simul ac consummatur transit, censura lata, non ferenda debet imponi. 103, 10.
 Censura solum propter culpam ferri potest. 82, 1.
 Quæ culpa a ferente censuram debet agnosci. 83, 4.
 Non potest ferri propter peccatum mere internum. ib., 1.
 Etiam a jure. 88, 15.
 Potest tamen propter peccatum exterius attentatum. 83, 2.
 In actum externum ex se bonum etiam imperatum a prava intentione non potest cadere censura. 89, 19.
 Potest tamen in externum ex se malum solum ut procedentem ex tali intentione prava. ib., 21.
 Multa jura, quæ censuram propter actum internum imponunt, exponi debent de actu interno, prout informat externum. 86, 10 et seq.

Conditio augens culpam potest esse causa rationabilis limitandi censuram. 53, 2.
 Materia ex se levis relata ad commune bonum per legem intentum, potest esse gravis, et censuræ proportionata. 112, 12.

CENSURÆ SUBJECTUM.

Censura ab homine in absentem et ignorantem ferri potest. XXIII, 144, 1 et seq.
 Censuræ subjectum est solus homo viator in hac vita degens. 148, 1.
 Adultus, et ratione utens. 153, 17.
 Baptizatus. 153, 23.
 Unde infidelis tantum indirecte potest excommunicari. 156, 24.
 Habens superiorem in terris. ib., 26.
 Unde Papa censura ligari nequit. ib., 27.
 Reliqui omnes possunt. 157, 28.
 Tam a jure, quam ab homine. ib., 30.
 Etiam quæcumque congregatio. ib., 29.
 Non tamen omnes sunt omnium censurarum capaces. ib.
 Homo mortuus non potest directe censura ligari. 149, 3.
 Unde anima separata non est censuræ capax. ib.
 Neque corpus exanime. ib.
 Res insensibiles, ac dæmones, quo sensu anathematizentur. 148, 2.
 Qui moritur ante contractam censuram sub conditione impositam post mortem non potest illa ligari. 152, 12.
 Censura a jure ferri solet in impuberes doli capaces, non tamen ab homine. 154, 19.
 Si autem hæc feratur, non est nulla. ib.
 Censura a jure potest ligari quis tempore amentię etiam incurabilis. ib., 20-21.
 Homo autem non debet in amentem perpetuum censuram ferre. 155, 22.
 Potest tamen in amentem ad tempus. ib.
 Non potest quis in seipsum censuram ferre. 157, 31.
 Potest tamen occasione censuræ a se latæ aliam incurere. 27, 5.
 Censura, ut liget, debet ad personam certam dirigi: nam vage lata nulla est. 157, 1 et seq.
 Quis titulus subjectionis sufficiat ad censuram ab homine contrahendam. 165, 1 et seq.
 Existens in alieno territorio potest censura ab homine ligari. ib., 1.
 Non incurrit quis censuram per statutum latam, si ante transgressionem domicilium mutet. 48, 3.
 Imo neque per sententiam generalem latam, si respiciat futurum delictum sine ullo ordine ad præteritum. ib., 4.
 Secus si respiciat factum tempore prioris domicilii commissum. ib., 5.

Si reus, cum censura fertur, jam resipuit, an illa ligetur. 146, 7.
 Duplex potest ferri censura in communitatem. 137, 29.

CENSURÆ CAUSA EFFICIENS.

Causa immediata et per se censuræ est homo. XXIII, 16, 4.
 Judex ferens censuram contra formam cap. 1 de Sententia excom., ipso jure suspenditur. 74, 8.
 Sententia autem non est ipso jure nulla. ib.
 Publicus excommunicatus aut suspensus non potest censuram ferre. 26, 2.
 Aut alio modo impeditus a jurisdictionis usu. ib.
 Qui, falso titulo occulto, tamen potestatem habet, censuras validas fert. ib., 3.
 Non potest quis potestatem hanc in seipsum exercere. 27, 5.
 Nec propria causa. ib., 7.
 Nisi per modum defensionis. ib., 8.
 Collegium hanc habens potestatem potest censuram in aliquam ejus personam ferre. ib., 6.
 In iudice, ad censuræ valorem, requiritur actualis usus rationis. 21, 4.
 Et voluntas illam ferendi. 28, 10.
 Libera. ib., 9.
 Non debet iudex censuram ex pravo affectu ferre. 31, 4.
 Aut tempore, vel loco prohibito, aut cum ipse est ab usu jurisdictionis impeditus, licet non sit quoad actuum valorem. ib., 2.
 Debet justitiam legalem in censura ferenda servare. ib., 3.
 Nec non distributivam. 32, 4.

CENSURÆ SUSPENSIO.

Censura suspenditur per recursum ad superiorem iudicem. XXIII, 51, 7.
 Vel per consensum ejus, in cujus favorem solum censura est lata. ib., 8.
 Tunc vero elapso termino censura incurritur. 41, 52.

Cætera, vide in verb. APPELLATIO.

CENSURÆ ABLATIO.

Censura tollitur jure ordinario per potestatem ecclesiasticam. XXIII, 3, 7.
 Cætera, vide ABSOLUTIO A CENSURA.

CENSURÆ DENUNCIATIO.

Censuram debet sequi denunciatio. XXIII, 71, 4.
 Magis tamen necessaria est in excommunicatione quam in reliquis. 72, 2.
 Denunciatio censuræ a jure contractæ non debet fieri absque partis citatione et juridica probatione. 62, 15.

Comparente autem parte, et crimen recognoscere, non debet iudex ad declarationem procedere. ib., 16-17.

In criminibus autem notoriis non est citatio ad denunciationem necessaria. 63, 18.

Censuram ab homine contra certam personam latam debet sequi denunciatio. 72, 4.

Ad quam vero denunciationem Episcopus teneatur. ib., 5.

Denunciationem censuræ a jure debet præcedere sententia declaratoria criminis, etiam publici. 73, 6.

Censuram ab homine aut per statutum Episcopi debet denunciare illam ferens. ib., 7.

Judex potest aliquando censuram denunciare, etiamsi ad id non teneatur. 74, 9.

Judex, qui injustam sententiam tulit, non debet ad denunciationem progredi. ib., 4.

Quæ monitio debeat præcedere, vide MONITIO.

Quanta moderatione debeat uti iudex potestate ferendi censuras. 99, 4.

Et quem ordinem servare debeat. ib., 5.

CENSURÆ FINIS.

Censuræ finis duplex. XXIII, 174, 4.
 Intrinsecus censuræ finis, quis. 175, 2.
 Finis intrinsecus censuræ, quis. 174, 4.
 Nunquam est temporalis præcipue intentus. ib.

CENSURÆ EFFECTUS.

Censura privat primario usu spiritualium bonorum. XXIII, 3, 6.
 Privatio aliquorum bonorum spiritualium est effectus communis omnibus censuris. 175, 4.
 Quæ autem illa sint. ib.
 Effectus hic duplex, mediatu et immediatus. ib. 3.
 Effectus hic non est de se perpetuus. 176, 5.
 Esto non habeat tempus definitum suæ durationis. ib.
 Censura ignorata causat effectus quos ipsa per se exequitur, et ex notitia non pendent. 147, 12.
 Mortui in puram vindictam possunt suffragiis privari, non autem vivi. 154, 10.
 Effectus remoti censuræ per pravam voluntatem peccatoris possunt impediri. 176, 2.
 Non sine culpa. ib.
 Nisi ob impotentiam. 177, 3.
 Effectus immediate a censura manantes non possunt licite impediri manente censura. ib., 5.
 Effectus quoad obligationem operandi, vel non operandi, non possunt impediri remota ignorantia. 178, 7.
 Culpa violandi censuram, aut pœna inde forte resultans, inter effectus censuræ computari non debet. 178, 9.

Quamdiu quis invincibiliter ignorat censuram in se latam, excusatur ab ejus transgressione, etiamsi probabiliter timeat censuram esse in se latam. 146, 9.

Nisi ipse consulto se occultet, ne censuræ notitia ad se perveniat. ib., 10.

An vero censuræ fama sufficiat, ut quis illam servare teneatur. 147, 11.

Propter gravem metum interdum fieri potest actus per censuram prohibitus. 181, 7.

Et propter vitandum grave damnum. 183, 13.

Vel aliorum scandalum. 184, 14.

Quale autem debeat illud scandalum esse. 183, 19.

Propter communem populi utilitatem non licet actionem per censuram prohibitam exercere. 186, 20.

Nisi gravis necessitas proximorum intercedat. 186, 21.

Quæcumque causa, quæ excusat a culpa mortali, excusat etiam a censura. 133, 23.

Qui solam censuram ignorat, etiamsi simplicem Ecclesiæ prohibitionem non ignoret, excusatur a censura. 138, 19 — 142, 9.

Ignorantia vincibilis, si non excusat a mortali, ob quod formaliter lata est censura, non excusat censuram. 141, 8 et seq.

Metus potest excusare a censura lata propter actum per se malum, etiamsi non excuset culpam contra jus naturæ. 96, 14.

Pro reliquis, vide verbo IGNORANTIA. XXIII.

Potest dispensari ut quis aliquos actus per censuram prohibitos licite exerceat, censura manente. 187, 4.

Nullus inferior Papa potest illam dare. 188, 5.

Non potest Episcopus dispensare cum excommunicato ut collatio beneficii illi facta teneat. ib., 9.

Plures censuræ diversarum rationum possunt in eandem personam ferri. 158, 5.

Etiam propter idem delictum. 159, 8.

Imo plures ejusdem rationis propter diversas causas. 158, 6.

Non vero propter eandem ab eodem iudice per eandem sententiam. 159, 8.

Secus a diversis. 161, 14.

Multiplex denunciatio non sufficit ad multiplicationem censuræ. 160, 9.

Quoties contra legem ferentem censuram novum peccatum committitur, nova incurritur censura. 161, 1.

Violans legem uno actu habente plures circumstantias sub censura prohibitas, si mutant speciem actus, multiplex incurritur censura. 163, 13.

Si non mutant, unica. ib.

Censura quomodo auferatur, vide ABSOLUTIO A CENSURA. XXIII.

Clericus, qui exercendo ordinem censuram violat, fit irregularis. XXXIII bis, 403, 1.

Censuras ipso jure latas non incurrit, qui, fidem animo retinens, hæresim exterius profitetur. XX, 612, 11.

An possint hæretici ministrare, vel recipere sacramenta. Vide SACRAMENTUM, SACRAMENTA NOVÆ LEGIS, et SINGULA QUÆQUE SACRAMENTA, § Minister, et subjectum. XX. XXI.

Censura ecclesiastica ferri potest ex parte superioris Prælati, non vero in illius virtute vel Summi Pontificis. XXIV, 266, 16.

CENSURA IN RELIGIONIBUS.

An, et quas censuras Prælati religionis imponere possint suis subditis. XVI, 143, 4, et seq.

Vide etiam PRÆLATUS REGULARIS. XVI.

Censuras reservare possunt Prælati regulares, non obstante decreto Clementis VIII, prohibente reservationem plurium casuum, quam eorum undecim quos reservare Prælati religionum permittit. 206, 17.

A censuris a jure, imo et ab homine per sententiam generalem, non reservatis, absolvere potest ordinarius monasterii confessor, eo ipso quod habet jurisdictionem ad absolvendum de peccatis mortalibus. 214, 1.

Ab omnibus censuris non reservatis, tam a jure quam ab homine per sententiam generalem absolvere jure ordinario possunt Prælati religionum suos subditos religiosos. ib., 1 et seq.

Possunt etiam eosdem absolvere a censura specialiter ab homine, nisi lata sit a Superiore suo, vel ab Episcopo, in casibus in quibus excommunicare potest religiosos exemptos. ib., 3-4.

An per sua privilegia aliquid amplius possint circa censuram specialem ab homine, etiam erga novitos. 240, 5 et seq.

Quæ satisfactio præmittenda sit ante hujusmodi absolutionem. 241, 7.

A censuris in religione reservatis potest absolvere Prælati ad quem reservatio facta est, et a fortiori Prælati superior. 216, 6.

Licentia data generaliter a Prælato ad absolvendum a censuris non extenditur ad reservatas. ib., 7.

A censuris Papæ in jure reservatis, a quibus Episcopi jure ordinario suos subditos possunt absolvere, possunt etiam absolvere Prælati religiosi suos subditos. ib., 8.

Non possunt tamen ab iis absolvere a quibus Episcopi ex commissione speciali, et tanquam legati Sedis Apostolicæ, possunt. ib., 9.

Poterunt tamen ex propriis privilegiis, quæ consulenda sunt. ib.

Possent vero Prælati regulares absolvere ab omnibus casibus occultis bullæ Cœnæ, etiam hæresis, concessis a Tridentino Episcopis, nisi hæc con-

cessio per eandem bullam revocata esset.

217, 10 et seq.

Per privilegia religionum præsertim Mendicantium, possunt Prælati regulares absolvere suos subditos ab omnibus censuris a jure vel ab homine latis, etiam bullæ Cœnæ, excepto tantum casu simoniæ, in susceptione vel collatione Ordinis admittæ. *ib.*, 12.

Quibus Prælati religionis sit commissa prædicta potestas absolvendi, infimisme, an solum supremis vel etiam mediis. 224, 1 et seq.

Per privilegia religionum non tollitur proprie reservatio censurarum et casuum Pontificiorum, quamvis Prælati religionis ab eis possint suos subditos absolvere. 229, 16-17.

A censura extra confessionem absolvere an possint qui habent privilegium ut, auditis confessionibus pœnitentium, eos a censuris et casibus reservatis absolvant. 238, 12 — 993, 24.

Utrum per tale privilegium possit eos absolvere, non tantum in foro conscientiæ, sed etiam in externo. 993, 30 et seq.

Absolvere a censura in foro conscientiæ, quid sit. *ib.*

Et an absolutio a censura extra confessionem possit esse tantum in foro conscientiæ. *ib.*

Et quid operetur absolutio censuræ pro foro externo, supra absolutionem pro foro conscientiæ. 996, 34.

Facultas generalis absolvendi a censuris, utrum intelligenda sit pro foro tantum conscientiæ, an etiam pro externo. *ib.*, 33 et seq.

In articulo mortis, quilibet clericus potest absolvere a censuris, quamvis non sit ordinatus in sacris. 995, 32.

Quid possint religiosi, præsertim Societatis, circa absolutionem a censuris, etiam Summo Pontifici reservatis, vide PœNITENTIE SACRAMENTUM. XVI.

CEPHAS.

Cephas a Paulo reprehensus, ad Galat. 2, Petrus Apostolus fuit. VI, 506, 4.

CEREBRUM.

Cerebrum est fons et prima sentiendi radix. III. 639, 4 et seq.

Cerebrum in sensus externos influere, qui negent. *ib.*, 5.

Cerebrum in sensus influit non immittendo intentionalem qualitatem. *ib.*, 6.

Sed mediis spiritibus animalibus fovendo organa sensuum. *ib.*, 7.

Cerebri influxus in sensus quomodo per somnum impediatur. 660, 10.

In cerebro residet sensus internus, et qua ejus parte. 711, 5 et seq.

CERTITUDO, CERTUM.

Certum et infallibile connotant habitudinem ad scientiam. I, 523, 2.

Certum non est semper simpliciter inevitabile, comparatione suæ causæ proximæ. *ib.*

Vide SCIENTIA. I.

Certitudo duplex, quæ est in actu intellectus: una essentialis, seu objectiva; altera accidentalis, seu ex parte subjecti. VII, 622, 10.

Certitudo. Vide FIDES DIVINA ET ACQUISITA.

Certitudo fidei acquisitæ, quamvis perfectissima, inferior est certitudine fidei infusæ. 623, 11.

Certam facere vocationem quomodo verum sit. IX, 537, 29.

Certitudo quid et ubi sit, ejusque fundamentum. 524, 2.

Certitudo propria non solum excludit suspensionem actus, sed etiam formidinem, saltem actualem. *ib.*

Certitudinem cum evidentia de nostra justitia nec ipsi hæretici ponunt. *ib.*, 3.

Certitudo solum ex parte subjecti cum inevidentia, temeraria est; ex parte vero rei est vera et prudens. *ib.*

Certitudo obscura prudens triplex: divina, theologica, moralis. 523, 4.

Certitudinis fidei et theologicæ comparatio. 539, 1.

Certitudinem de gratia necessariam esse ac sufficere putant hæretici. 523, 5.

Impugnantur. 529, 13 et seq.

Certitudo de justificatione adeptæ, aliter ab hæreticis, aliter a quibusdam Catholicis ponitur. 526, 6 et seq.

Certitudini fidei de propria gratia posse subesse falsum fatetur Catherinus. 526, 8 — 539, 2.

Certitudini infallibili scire non possumus nostram justificationem citra revelationem. 529, 13 et seq.

Certitudinis moralis gradus varii. 546, 2.

Certitudo moralis, imo et probabile judicium de impletionem præceptorum, sufficit ad pacem animi, et ad accedendum ad sacramenta. 537, 30.

Certitudo ex dono sapientiæ orta minor est certitudine fidei divinæ. *ib.*, 31.

Certitudine theologica, nempe ex una propositione de fide, et altera evidente, scire nos posse nostram justificationem, qui putent. 539, 2 et seq.

Oppositum tamen probatur. 540, 6 et seq.

Nec certitudo gratiæ adeptæ per sacramentum, imo nec valoris sacramenti, dari potest citra revelationem. 541, 9-10.

Multoque minus certitudo augmenti gratiæ. 543, 14.

Certitudo gratiæ non sumitur ex nescientia peccati mortalis. 542, 12.

Nec ex longa præservatione a mortali. 543, 13.

Certitudinem moralem habere justus aliquis potest de sua gratia. 547, 3.

- Probabile vero iudicium omnes possunt habere ;
imo tenentur cum ad sacramenta vivorum ac-
cedunt. ib.
- Illi certitudini an possit subesse falsum. 549, 9.
- An saltem omnem formidinem excludat. 550, 10.
- An tanta esse valeat quanta hujus propositionis :
Roma est. An quanta harum propositionum :
Ego sum baptizatus rite, vel : Ordinatus, vel :
Illa hostia est consecrata. ib., 11 et seq.
- An tanta quæ possit jurari. 551, 14.
- Certitudinis de gratia adepta et de perseverantia
futura, ac de prædestinatione propria compa-
ratio. 552, 15.
- Certitudo quod fidem habeas, quanta esse possit,
vide FIDES. XI.
- Certitudo de habitu fidei major aliquando quam
de actu ; aliquando e contra. 560, 16.
- Certitudo quod habeas spem, vide SPES. IX.
- Fidei actus est simpliciter certus. XII, 180, 6-7.
- Certitudinem fidei minorem esse quam scientiæ,
perperam docuit Durandus. 181, 9 et seq.
- Certitudo secundum se, et quoad nos, quomodo
in fide sane intelligenda. 182, 12.
- Certitudo fidei per se non pendet ex primis prin-
cipiis naturaliter notis. ib., 13.
- CESSATIO A DIVINIS.
- Quid cessatio significet. XXIII bis, 286, 1.
- Cessatio non est censura distincta ab aliis tribus.
287, 4.
- Non est interdictum. 290, 13.
- Imo non est species censuræ, sed simplex prohi-
bitio. 291, 14.
- Quæ non est pœna. ib.
- Nec fortius ligat eos, qui causam ei dederunt. ib.
- Cessatio, alia generalis, alia partialis. 287, 5.
- Celebrans in loco cessatione a divinis affecto non
fit irregularis. 288, 8.
- Divina officia prohibentur fieri publice tempore
cessationis a divinis. 292, 2.
- Imo si dicantur, laici prohibentur illa audire. ib.
- Nec moderationes, vel privilegia interdicti in illa
locum habent. 293, 7.
- An vero possit officium divinum a duobus clericis
simul privatim recitari. 295, 14.
- Quid cessatio prohibeat circa sacramenta, vide
SACRAMENTUM. Quid circa sepulturam Ecclesias-
ticam, vide SEPULTURA. XXIII, XXIII bis.
- Cessationis causa efficiens, quæ. 303, 2.
- Cessatio partialis potest ferri non solum a Papa,
sed etiam ab Episcopo, licet ordinarie non de-
ceat. ib.
- Cessationis materialis causa, quæ. 303, 1.
- Quæ finalis. 304, 4.
- Quæ forma sit in cessatione servanda. 304, 5.
- Decem conditiones in ea ferenda servandæ. 304,
6 et seq.
- Quis, et quomodo possit illam tollere. 308, 1-2.
- Per voluntatem ferentis non potest suspendi, etiam
in parte. 309, 4.
- Si pars, quæ cessationem posuit, intra mensem
non recurrit ad Sedem Apostolicam, ipso facto
aufertur cessatio. 307, 14.
- Religiosi violantes cessationem excommunicantur.
302, 36.
- Quam pœnam incurrat qui absque justa causa
cessationem tulit. 307, 15.
- Quam qui illi causam dedit. 308, 16.
- CHARACTER.
- Character Baptismi ad gratiam sanctificantem
reducitur. VII, 171, 64.
- Idem dicendum de caractere Confirmationis. ib.
- Character vero Ordinis potius est gratia gratis
data. ib.
- Character est qualitas per se infusa, non tamen
operativa. IX, 22, 7 — 71, 5 — 105, 38.
- Character potest inter dona justitiæ et gratiæ
computari ; sine illo tamen potest dari perfecta
justitia. 22, 7.
- Character non est dispositio ad gratiam habitua-
lem. 332, 8.
- Sine caractere baptismali, homo non est capax
ad cætera sacramenta. XX, 191, 6.
- Non solum denominationem signi importat, sed
absolutum tali denominationi substans. 184, 1
— 195, 3-4.
- Non est relatio realis vel rationis, neque extrin-
seca denominatio. 194, 2.
- Sed quid reale, ab anima ejusque potentiis, ut res
a re, distinctum. 195, 4.
- Est supernaturalis qualitas a Deo infusa, et in ul-
tima specie qualitatis. 196, 1.
- Ad primam speciem pertinens. 203, 14.
- Non est enim potentia physica passiva vel activa.
Ostenditur de baptismali ; de sacerdotali ; de
episcopali. 197, 4 et seq.
- Quodammodo dici potest moralis potestas. 202, 12.
- Nec instrumentaliter, nec dispositive potest con-
currere ad causandam gratiam. 137, 3.
- Characterem sacerdotis non habere influxum phy-
sicum in consecrationem. XXI, 373, 1.
- In nullo genere causæ consequitur fidem. 192, 7.
- Quicumque ejus effectus suppleri potest a Deo.
191, 6.
- Non potest conferri per sacramentum in voto.
122, 2.
- In omnibus hominibus recipi potest, imo et de
Angelis est probabile. 204, 1.
- Nequit esse in corpore, sed in ipsa essentia animæ,
non in intellectu aut voluntate. 204, 2 et seq.

Est physice et moraliter incorruptibilis. 212, 4.
 Necessario efficitur per sacramentum, etsi sit voluntas non suscipiendi sacramentum, sed sacramentum tantum. ib.
 Indelebilis est in vita, et ita esse post mortem, probabile. 241, 2.
 Vide SACRAMENTUM, SACRAMENTA NOVÆ LEGIS, BAPTISMUS, CONFIRMATIO, in § Effectus. XX, XXI.
 Character Ordinis. XXIV, 388, 5.

CHARITAS.

Attribuitur hoc nomen Charitas Spiritui sancto. I, 773, 5.
 Nec habitus Charitatis, nec lumen gloriæ minus perfectæ infunduntur, ex eo quod aliquis habeat perfectiorem naturam quam alius. 125, 7.
 Charitas est simpliciter perfectior fide. IV, 92, 9.
 Charitas apud Augustinum multipliciter accipitur. VII, 380, 2 et seq.
 Charitas eadem est in via et in patria. 612, 41.
 Utrobique eadem illius honestas intrinseca. ib.
 Ex hypothesi quod videnti Deum negaretur concursus ad amandum per charitatem infusam, actum amoris non eliceret ex tali motivo supernaturali. 639, 34.
 Amaret tamen charitate naturali ex naturali motivo. ib.
 Vide AMOR, præsertim supernaturalis. VII.
 Charitas ex natura sua non constituit hæredem neque filium, sed solum formaliter amantem. IX, 107, 5.
 Charitas est participatio divinæ naturæ, ut volitiva est. 70, 2-3.
 Charitas non est præstantissima forma supernaturalium. 109, 9.
 Charitatis habitus non est sufficiens forma justificationis, et consequenter nec principalis. 81, 16.
 Charitas habitualis non est forma perfecte et integre justificans. 161, 10-11.
 Charitatem cum gratia complere justificantem formam est probabile. 162, 12.
 Sola Charitas, etiam supposita fide et spe, homines sufficienter non disponit ad finem supernaturalem. 161, 10.
 Charitas non potest elicere actus aliarum virtutum. ib.
 Ut carum actus imperet, non opus est ut illos contineat eminenter. ib.
 Charitatis actus non habet vim effectivam efficiendi habitum, sive dispositionem supernaturalem. 232, 6.
 Charitatis habitus gratiam consequitur. 236, 8.
- Potest fieri valide sacerdoti absenti in præcisa necessitate. 463, 5.
- Quid de absolutione, vide verb. ABSOLUTIO. XXII.
- In confessione resecanda sunt omnia quæ non sunt ejus materia, nec ad ejus finem conferunt. 505, 1.
- Confessio sine vera attritione facta, licet existimata, non est valida. 440, 14.
- Licet ignorantia sit invincibilis, excusatque a novo peccato, non tamen ab obligatione iterum confitendi. 441, 15 et seq.
- Confessio per se et immediate non efficit gratiam in sacramento pœnitentiæ. 389, 14.
- Confessio bona fide facta simplici sacerdoti de mortalibus et venialibus est valida etiamsi sacerdos ille jurisdictionem non habeat in peccata mortalia. 659, 8 — 663, 9-10-11.
- Manet tamen obligatio iterum confitendi mortalia. 663, 9.
- Qui extra necessitatem de solis venialibus confitetur debet aliquod in particulari dicere. 512, 10.
- In confessione venialium necessaria est formalis attritio, licet ad eorum remissionem extra hoc sacramentum non esset necessaria. 453, 2.
- Non est de substantia confessionis de venialibus, attritio de omnibus confessis. 453, 7.
- Nec de præcepto sub mortali. ib.
- Confessio nulla est quoties ex culpa mortali omititur aliquid per se necessarium ad valorem sacramenti. 496, 4 — 498, 3.
- Quinque capita nullitatis confessionis attinguntur. 496, 4.
- Ignorantia confessoris, an et quomodo reddat confessionem nullam. ib., 5.
- Quot modis dicatur informis. 447, 1.
- Potest aliquando dari confessio valida, et informis. 449, 7.
- Etiam de solis venialibus. 454, 8.
- Varia Patrum loca, quibus necessitas confessionis impugnari videtur, exponuntur. 377, 39 et seq.

CONFESSIO EPISTOLARIS.

- Quid et quotuplex. X, 669.
- Quid et quotuplex sit confessio epistolaris. X, 669.
- Quod confessio sumpta pro integro pœnitentiæ sacramento epistolaris esse non possit, certa sententia. 671.
- Pœnitentiæ sacramentum, ne ex parte quidem expressionis peccatorum, posse esse epistolare, qui censuerint. 675.
- Expressionem sacramentalem peccatorum in summa necessitate posse esse epistolarem, Suaris sententia variis Doctoribus probata. 678.
- Concilia et Pontifices pro sententia proposita. 681.
- Rituale Romanum pro eadem sententia. 687.

Ratio congrua in ejusdem sententiæ confirmatio-
nem. 691.
Ad argumenta in contrarium posita capite tertio.
693.
Sigillatim ad argumentum ex decreto Clementis
VIII contra confessionem per littera vel inter-
nuncium. 696.
De aliis modis subministrandi partem materialem
sacramenti pœnitentiæ per internuncium aut
litteras. 706.

CONFESSIONIS INTEGRITAS.

Mendacium in confessione, si sit in materia par-
tiali et non necessaria, veniale est, secus si sit
in materia necessaria vel totali. XIII, 475, 10.
In confessione non semper sufficit specificam rati-
onem actus confiteri. XIV, 1022, 9.
Confessio interna, qualis. 17, 11.
Integritas est de necessitate sacramenti ex vi ins-
titutionis. XXII, 466, 2 et seq.
Consistit in confessione omnium peccatorum mor-
taliū, quæ sunt in conscientia pœnitentis post
baptismum, vel præcedentem validam confes-
sionem commissa, et in ordine ad eamdem ab-
solutionem. 466, 4 et seq.
Quid sit esse in conscientia pœnitentis. 466, 1.
Confessionis integritas potest suppleri per ignoran-
tiam invincibilem, non tamen dolor. 441, 17.
Duplex est integritas: formalis, et materialis;
prior sola est simpliciter necessaria, posterior
quando moraliter potest. 466, Proœm.
Confessio est integra formaliter quoties nihil
omittitur cum mortali culpa. 518, 3.
Quoties omissio est mortale peccatum etiam ex
ignorantia culpabili nulla est integritas. ib.
Ex defectu integritatis non datur confessio valida
et informis. ib.
Publica peccata etiam sunt in confessione dicenda.
468, 11.
Non est contra confessionis integritatem, aut per
se peccatum mortale, uni ordinarie confiteri,
cum autem aliquid grave occurrit, alium con-
fessorem adire. 469, 12-13.
Est necessarium ad integritatem species peccato-
rum distincte aperire. 470, 4.
Etiam si parum inter se differant. ib., 5.
Circumstantiæ mutantes speciem sunt de necessi-
tate confessionis. ib., 6.
Etiam si minuant. 475, 15.
Et transferentes actum a veniali in mortale. 471, 7.
Non tamen impertinentes. ib., 1.
Quoties aliquid necessarium ex legitima causa omit-
titur, in alia confessione est aperiendum. ib.
Quando necesse sit modum ignorantiae, vel mali-
tiæ, in confessione aperire. 480, 12 et seq.

Consuetudo peccandi quando possit esse de neces-
sitate confessionis. 481, 15.
In duobus casibus necesse est declarare in confes-
sione instrumentum, quo ad peccandum uti-
mur. ib., 16.
Qui cum alio peccavit, si illum induxit, tenetur id
confiteri, secus si non inducat. 480, 16 et seq.
Nimia duratio actus peccaminosi est confitenda.
483, 21.
Circumstantia diei festi non est confitenda. ib., 22.
Si eodem tempore duæ obligationes diversarum
rationum omittantur, est confitenda illa circum-
stantia, secus si sint ejusdem rationis. ib., 23.
Circumstantia loci sacri non est de necessitate con-
fessionis, nisi peccatum cadat in gravem loci
irreverentiam. 482, 20.
Numerus peccatorum est de integritate confessio-
nis. 484, 2.
Quando de illo pœnitenti constat. 494, 38.
Si autem facta morali diligentia non occurrit nu-
merus certus aliquis, qui a certo parum distare
creditur dicendus est. 494, 39.
Vel si nullus probabilis occurrit, sufficit consuetu-
dinem peccandi declarare. 493, 40.
Qui dicit se velle confessionem generalem facere,
etiā si aliquid grave jam confessum omittat,
non peccat mortaliter. 500, 7.
Ecclesia non potest præcipere confessiones venia-
lium, ad integritatem sacramenti. 501, 2-3.
Non solum omnium, sed nec aliquorum. 502, 4.
Potest quis, et interdum debet, confiteri ta-
cendo aliquod peccatum ex justa causa, qualis
est periculum gravis nocimenti. 513, 1-2.
Articulus mortis. 514, 4.
Præceptum annuæ confessionis. 514, 5.
Necessitas recipiendi Eucharistiam aut faciendi
sacrum. 514, 6.
Infamia propria, aut scandalum vitandum. 515, 7.
Non est necesse peccatum omissum confiteri cum
primum causa cessat. 515, 9.
Sed tempore quo alias obligat præceptum con-
fessionis. ib.
Quid si in confessione quis cognoscat suam culpa-
bilem negligentiam in examinanda conscientia.
519, 7.
Mutilatio confessionis inculpabilis, nec valorem,
nec effectum sacramenti impedit. 451, 12.
Circumstantiæ notabiliter aggravantes necessario
sunt confitendæ. 472, 5 et seq.
Non tamen minuētes intra eamdem speciem pec-
cati, stante morali gravamine. 476, 16.
Venialia non sunt de necessitate confessionis. 501, 1.
In tribus casibus potest in articulo mortis integri-
tas materialis confessionis omitti. 509, 1.
Qui sic confitetur debet, quoad fieri possit, mate-
riam certam et necessariam dare. 510, 2.

Sufficiunt signa contritionis in ordine ad confessionem, quando certior materia dari non potest. 510, 3 et seq.
 Vehementia affectus ad finem pravum mortaliter, quando declaranda in confessione. 480, 11.
 Intensio actus an et quomodo declaranda. 480, 13.
 Potest quis sequi iudicium probabile ad omittendum peccatum aliquod in confessione; non tamen sine illo omittere. 504, 5-6.
 Peccatum de quo dubium negativum est, eodem modo est confitendum. 503, 1.

CONFESSIONIS ITERATIO.

Potest iterari confessio. XXII, 393, 5.
 Non tantum semel, sed sæpius, et in omni tempore. 393, 6.
 Tam de peccatis in confessione omissis, quam rite confessis. 394, 7-8.
 Quoties confessio invalida fuit, necesse est ad integritatem sequentis confessionis illa peccata iterum confiteri. 495, 1.
 Secus si fuit valida, licet informis. 495, 2.
 Confessio potest iterari uno verbo, quando idem est confessor, qui sufficienter recordatur. 497, 6.
 Quando confessio fuit sufficiens, et solum deficit forma rite prolata, sufficit petere in illo foro absolutionem ab eodem. 497, 8.
 Quid autem sacerdos tunc facere debeat, ut recte suo munere fungatur. ib.
 Excommunicatus, qui bona fide prius a peccatis quam a censura absolvitur, non tenetur iterum illa peccata confiteri. 498, 1.
 Secus si mala fide. ib.
 Qui peccatum ex justa causa in confessione omittit, per se loquendo, debet illud solum in alia confessione subjicere. 498, 3.
 Idem est si bona fide confessus est peccatum, et confessor non audivit. 499, 4.
 Si autem ejus gravitatem non percepit, debet illam declarare expresse. 584, 18.
 Qui oblitus est pœnitentiæ impositæ, etiamsi in dilatione illius adimplendæ mortaliter peccaverit, non tenetur iterum confiteri. 499, 5.
 Non potest imponi ab Ecclesia præceptum per se de iteranda confessione. 500, 8.
 Ex suppositione tamen includente voluntarium consensum pœnitentis, potest quis obligari ad illam iterandam. 501, 10.
 Sæpe excusatur pœnitens ab iteratione confessionis invalidæ ob oblivionem invincibilem præteriti defectus. 519, 6.
 Qui in mortis articulo simplici confitetur sacerdoti non tenetur illa peccata iterum proprio confiteri. 551, 8.
 Qui confitetur habenti dubium proprium circa

jurisdictionem tenetur illa peccata iterum confiteri. 554, 2.
 Qui confitetur habenti jurisdictionem delegatam, non tenetur illa peccata iterum proprio sacerdoti confiteri. 543, 5-6.
 Quando teneatur pœnitens confessionem iterare ob ignorantiam confessoris. 583, 14.

CONFESSIONIS PRÆCEPTUM DIVINUM.

Est de jure divino in lege gratiæ confessionis præceptum latum a Christo. XXII, 733, 4 et seq.
 Quod non potest Ecclesia tollere. 737, 15.
 Non tenetur quis anticipare confessionem, etiamsi timeat periculum oblivionis peccatorum. 739, 5-6.
 Præceptum hoc, ut obliget, requiritur in subjecto peccatum. 739, 1.
 Et ideo infantes, innocentes, et non baptizati sunt incapaces hujus præcepti. 739, 1-2.
 Obligat omnes qui post baptismum mortaliter peccaverunt. 740, 4.
 Et solos. 740, 5.
 Qui habet dubiam conscientiam de mortali, quomodo obligetur hoc præcepto. ib.
 Non obligat, per se, statim ac peccatum mortale committitur. 740, 2.
 Obligat in articulo mortis, si non sit impletum. 741, 3.
 Et juxta Ecclesiæ determinationem. 742, 9.
 Quid si Ecclesia nihil determinaret. ib.
 Obligatur homo ad confessionem quando est medium necessarium ad superandum tentationem. 743, 10.
 Et quando sumenda est Eucharistia. 744, 12.
 Utraque vero obligatio est per accidens ad proprium confessionis præceptum. ib.
 Hæc tamen non est ante receptionem aliorum sacramentorum. 744, 13.
 Hoc præceptum non impletur per confessionem quolibet modo nullam. 745, 1.
 Impletur vero per confessionem validam, et informem. 745, 2 et seq.
 Potest impleri etiam peccando venialiter in confessione. 745, 2.

CONFESSIONIS ECCLESIASTICUM PRÆCEPTUM.

Præceptum hoc, per se, non obligat pro determinata parte anni. 751, 2 et seq.
 Nec Episcopus per synodalia præcepta potest aliam determinationem adhibere. 752, 4.
 Potest Ecclesia, per se, statuere tempus confessionis. 746, 1.
 Etiamsi a Christo non fuisset præcepta confessio. 738, 18.
 Unde ex Ecclesiæ præcepto tenentur fideles confessionem semel in anno facere. 747, 3-4.

Qui prævidet fore ut elapsa occasione non possit in toto illo anno confiteri, tenetur confessionem anticipare. 758, 2.

Omnes baptizati, qui mortaliter peccaverunt, ab hoc præcepto obligantur. 749, 1.

Etiamsi solum peccatum mere internum habeant. 749, 2.

Papa obligatur hoc præcepto. 750, 5.

Non obligatur hoc præcepto qui sola venialia, aut mortalia confessa, habet. 750, 8.

Debet tamen suum parochum de hoc certiore facere. 751, 9.

Præceptum hoc non impletur nisi per veram suspensionem sacramenti pœnitentiæ. 762, 3.

Unde qui de facto non absolvitur, non implet illud. 762, 4.

Impletur per sacramentum validum et informe. 763, 6.

Qui ante Quadragesimam confessus est non tenetur in illa iterum confiteri ex vi hujus præcepti. 754, 10.

Qui novam habet conscientiam mortalis, debet iterum confiteri in Quadragesima. ib., 9.

Non tamen si peccatum juste fuit omissum in priori confessione. 757, 7.

Qui uno anno non implevit hoc præceptum tenetur confiteri statim in sequenti. 755, 2.

Etiamsi sine culpa omisit, tenetur in illo anno iterum confiteri. 756, 4.

Ad excusandum ab hoc præcepto sufficit extraordinaria difficultas moralis judicio prudentis. 760, 1.

Non obligat hoc præceptum ad confitendum per interpretem. ib., 2.

An in mortis articulo. 761, 5.

Non excusatur quis a præcepto confessionis ex eo quod solum per scriptum in præsentia sacerdotis confiteri possit. ib., 6-7.

Potest Pontifex tollere et dispensare in hoc præcepto ex legitima causa. 747, 4.

Moraliter tamen nunquam erit sufficiens causa abrogandi. 748, 5.

Licet possit esse ad coarctandum, vel extendendum tempus. ib., 5-6.

Si autem abrogatio absque causa fiat, valida erit. ib., 7.

Quomodo computetur annus. 752, 3 et seq.

De Quadragesima ad Quadragesimam. 753, 8.

Hujus præcepti transgressio non habet pœnam ipso jure impositam. 764, 2.

Habet tamen imponendam juxta c. *Omnibus utriusque sexus*, ibi, quam incurrit omnis qui, vel integre non confitetur, vel non ita integre ut absolvi possit. ib., 2 et seq.

Qui non valide absolvitur ex defectu mere interno censuram, si feratur, non excusat. ib., 4.

Pueri, qui non habent tam perfectum usum rationis ut ad communionem obligentur, pœnas non incurrunt. 763, 5.

Vide PRÆCEPTUM. V.

CONFESSOR.

Facultas eligendi confessorem consuetudine non comparatur, ex ea tamen legitima probatur. XIII, 195, 5.

Licentia a parochio per pecuniam subito concessa ad eligendum confessorem non est irrita. XIV, 984, 50.

Solus sacerdos est minister hujus sacramenti. XXII, 520, 2.

Ita ut ob, nullam necessitatem, vel dispensationem, alius non sacerdos esse possit. 522, 8.

Non ut auctor principalis, sed ut minister Christi absolvit. 403, 10.

Sententia tamen ejus definitiva est. ib.

Confessor duo præcipere potest pœnitenti. 447, 34.

Non potest licite absolvere pœnitentem quem scit non habere universalem attritionem de omnibus peccatis etiam oblitis. 450, 11.

Præter ordinem sacerdotii requirit jurisdictionem. 523, 6.

Quæ non est omnibus simplicibus sacerdotibus data circa mortalia, sed pendet ex concessione Ecclesiæ. 526, 7.

Est ordinaria, vel delegata. 526, 8.

In casu necessitatis extra articulum mortis, an possit simplex sacerdos absolvere indirecte a mortalibus. 663, 10.

Non est in præcepto in necessitate confiteri non sacerdoti. 523, 12.

Sacerdos decipiens pœnitentem dicendo se habere jurisdictionem, cum non habeat, an valide absolvat. 536, 9.

In ministro de venialibus etiam requiritur jurisdictionis, quæ omnibus simplicibus sacerdotibus toleratis communicata est. 526, 8.

Quæ jurisdictionis non est a pœnitente, nec jure divino. 552, 4 et seq.

Seb ab Ecclesia delegata. 553, 9.

Et item est de mortalibus confessis. 552, 6.

Cum Episcopali munere intrinsece est conjuncta ordinaria jurisdictionis in foro sacramenti. 529, 9.

Nihilominus illam habet Episcopus per Summum Pontificem et ab illo dependentem. 529, 10.

Et consequenter absolute de jure humano. 530, 11.

Quidquid potest Pontifex in universa Ecclesia, in foro pœnitentiæ, potest Episcopus in sua diœcesi nisi prohibeatur. 534, 13.

Archiepiscopus autem in Episcopatibus suffraganeorum solum dum visitat, jure tamen ordinario. ib.

- Sacerdos proprius hujus sacramenti tribus modis dici potest. 532, 1.
- Parochus est proprius sacerdos omnium qui intra terminos suæ parochiæ habent domicilium, seu quasi domicilium. 533, 3 et seq.
- Et vagabundorum dum in sua parochia commorantur. 334, 6.
- Et iter agentium, transeuntium per suas parochias. 534, 7.
- Nisi ad hoc peregrinentur ut illi confiteantur. 835, 8.
- Plura habens domicilia in diversis parochiis, potest cuicumque parochio illarum confiteri, ut proprio sacerdoti. 533, 4.
- Proprius sacerdos parochorum est Episcopus. 535, 9.
- Vel aliquis Episcopalem jurisdictionem participans. ib.
- Episcoporum vero solus Papa. ib.
- Sicut et Cardinalium. 535, 10.
- Ipsique sunt sacerdotes proprii suæ familiæ. 536, 11.
- Papa vel summus Pœnitentiarius est proprius familiæ Papæ. ib.
- Aliqui in dignitate constituti solum Episcopum habent ut proprium sacerdotem. 536, 12.
- Religiosorum proprius sacerdos est immediatus eorum superior. ib.
- Ut sancte ministret, non solum dum absolvit, sed etiam dum confessionem audit, debet non habere conscientiam peccati mortalis. 576, 2-3.
- Quæ bonitas requiratur in sacerdote ut ad hoc ministerium licite eligi valeat. 578, 6.
- Ut tamen valeat electio et jurisdictio detur per se nulla est necessaria. 577, 4.
- Necessarium vero est ut per censuram, vel superiorem, non sit suspensus. 577, 5.
- Quæ scientia requiratur ut quis sit idoneus minister pœnitentiæ. 579, 1 et seq.
- Peccat graviter sacerdos qui huic ministerio, absque scientia proportionata, se ingerit. 580, 6.
- Nisi in casu extremæ necessitatis. ib.
- Neque excusatur qui ex obedientia superioris id facit. 581, 7.
- Ignorantia sacerdotis quando sit, vel non sit, contra valorem sacramenti. 581, 10-11.
- Quæ prudentia confessori necessaria. 580, 5.
- Triplici ex capite potest oriri obligatio ministrandi hoc sacramentum. 673, 1.
- Ex charitate, obedientia, et officio, vide verb. PAROCHUS XXII.
- Confessor non potest absolvere nisi dispositum. 675, 1.
- Quidque debeat facere ut ejus dispositionem cognoscat, vel si ex confessione resultet obligatio restituendi, vel auferendi occasionem peccandi. 675, 2 et seq.
- An teneatur confessor docere pœnitentem qui ex invincibili ignorantia errat, vel quomodo se cum illo gerat. 680, 2 et seq.
- Si confessor sciat pœnitentem esse rite dispositum, tenetur sub gravi culpa illum absolvere. 681, 2.
- Potest tamen justa ex causa absolutionem differre. ib.
- Tenetur confessor absolvere pœnitentem juxta ejus probabilem opinionem, licet confessoris opinio alia sit. 682, 3-4.
- Etiamsi ex illa detrimentum tertii sequatur. 682, 3.
- Sacerdos, qui absolutionem invalidam dedit, tenetur, si commode potest, pœnitentem monere de defectu. 683, 5-6.
- Quando absolutio fuit valida, licet inique data, confessor ad nihil tenetur. 685, 8.
- Nisi vergat in damnum tertii. ib.
- An confessor teneatur interrogare pœnitentem, vide INTERROGATIONES CONFESSORIS. XXII.
- Nulla pœna communi jure est imposita sacerdoti indebite ministranti sacramentum. 685, 1.
- Laicus, aut clericus fide hoc sacramentum ministrans, fit irregularis. 685, 2 et seq.

CONFESSORIS APPROBATIO.

- Approbatio Episcopi jure anti quo non erat necessaria ut sacerdos idoneus posset eligi, vel jurisdictionem delegatam a parochio accipere. XXII, 584, 1.
- Secus post Concilium Trident. 586, 1.
- Estque de necessitate sacramenti. 590, 14.
- Nunc, ut minister pro secularibus sit idoneus, debet vel esse ab Episcopo approbatus, vel beneficium parochiale habere. 586, 2.
- Sacerdos auditorus confessiones regularium, non indiget approbatione. 587, 4.
- Regularis per facultatem eligendi confessorem potest eligere non approbatus ex vi Concilii.
- Secus si in facultate aliud exprimat, ut in bulla *Cruciatæ*. ib., 5.
- Omnes sacerdotes, etiam Episcopi, debent eligere sacerdotem approbatum. 588, 8.
- Et omnis facultas secularibus data a quocunque ita intelligenda. ib., 10.
- Approbatio est distincta a delegatione jurisdictionis. 592, 22.
- Unde possunt separari. ib.
- Judicium ad approbationem requisitum, quod sit. 595, 7.
- Quid ante Tridentinum esset statutum de religiosorum approbatione per jus antiquum. 596, 11.
- Religiosus eligendus per diploma Pontificium debet esse approbatus ab Episcopo loci in quo habet domicilium. 608, 11.
- Etiamsi extra diocesim peregrinetur. ib., 12.
- Si vero per privilegia religionis, non potest extra diocesim eligi. ib., 13.

- Papa delegans alicui jurisdictionem ad audiendas confessiones in suo Romano Episcopatu censetur illum approbare. 588, 9.
- Et idem est de Episcopis respectu suorum Episcopatum. ib., 10.
- Parochi tantum possunt delegare suam jurisdictionem aliis parochis, aut sacerdotibus ab Episcopo approbatis. 589, 12.
- Etiam non suo. 610, 18.
- Potest approbationem dare solus Episcopus saltem electus, et confirmatus, et ejus vicarius. 593, 1.
- Et Capitulum sede vacante. ib., 2.
- Abbat̄ exempti habentes Episcopalem jurisdictionem. ib., 3.
- Non autem Provinciales, aut Generales religionum respectu secularium. 594, 4.
- Dans hanc approbationem debet esse Episcopus confessoris. 599, 6 et seq.
- Non autem loci materialis in quo fit confessio. 598, 3-4.
- Aut pœnitentis. 599, 5.
- Quomodo Episcopus possit approbare sacerdotem extraneum pro suis subditis. 601, 12-13.
- Religiosi exempti fiunt subjecti Episcopis quoad approbationem ratione domicilii. 602, 14.
- Episcopus potest subdito licentiam dare ut confiteatur sacerdoti approbato ab alio Episcopo. 609, 15.
- Potest etiam illam limitare ad approbatos a se. ib.
- Non tamen per illam approbat sacerdotem electum. ib., 16.
- Potest tamen hoc subdito committere. ib.
- Quid in hoc possit parochus. 610, 18.
- Per facultatem concessam a Pontifice eligendi confessorem approbatum ab Episcopo, potest eligi sacerdos alterius diœcesis, ibi approbatus. 606, 7.
- Sacerdos domicilium mutans in aliam diœcesim debet ibi approbari, ut censeatur idoneus qui per bullam eligatur. 607, 8.
- Non est necessaria in scriptis. 595, 9.
- Neque de ejus substantia ut gratis detur. ib., 10.
- Habens parochiale beneficium censetur approbatus non solum pro suo Episcopatu, sed pro tota Ecclesia. 590, 15 et seq.
- Non sufficit tamen beneficium habuisse. 592, 20.
- Sacerdos ab Episcopo simpliciter approbatus est capax jurisdictionis in sacramentali foro in tota Ecclesia. 604, 3-4.
- Nisi limitetur ex intentione concedentis jurisdictionem. 605, 5.
- Aut approbationem. ib.
- Religiosi, etiam Mendicantes, hac indigent approbatione obtenta. 596, 11 et seq.
- Non expirat per mortem concedentis. 570, 9-10.
- Sed durat quandiu non revocatur. 611, 2.
- Quæ potest ex justa causa revocari. 612, 3.
- Non sufficit approbatio petita, et non obtenta, sive juste, sive injuste negetur. 594, 5-6.
- Potest Episcopus Mendicantes sine examine a se approbatos examinare. 612, 5.
- Episcopus potest absque speciali causa iterum examinare a suo antecessore approbatos, et indignos reprobare. ib., 4.
- Imo idem Episcopus potest a se approbatos examinare. ib., 5-6.
- Non tamen absque causa reprobare, etiam valide. 613, 7.
- Religiosi Mendicantes non possunt absolvere a peccatis Episcopo reservatis. 633, 16.
- Non possunt tamen Episcopi respectu horum reservare casus non reservatos respectu parochorum. ib.
- In nullo casu etiam articuli mortis potest inferior absolvere a reservatis, si superior adiri potest sine gravi periculo. 634, 1.
- In casu necessitatis potest absolutio a reservatis Papæ ab inferiori dari cum onere comparendi. 636, 8.
- Quæ regula non habet locum in reservatis ab aliis inferioribus Prælat̄is. 638, 11-12.
- In mortis articulo quilibet sacerdos habet directam jurisdictionem in reservata, ab Ecclesia. 634, 2.
- Unde nullus est necessarius ordo inter sacerdotes habentes jurisdictionem in mortalia peccata. 635, 4.
- Qui casus reservavit, et ejus superior in hoc foro, est minister ordinarius quoad reservata. 627, 1.
- Delegatus, qui ab habentibus facultatem. ib., 2.
- Episcopi possunt per Tridentinum absolvere suos subditos a peccatis Papæ reservatis, si sint occulta. 629, 2.
- Et nullibi publica. ib.
- Facultate uti possunt in omnes et solos subditos. ib., 3.
- Quinam Episcopi ibi intelligantur. 630, 4.
- Prælati habentes jurisdictionem Episcopalem non gaudent hac facultate. ib., 5-6.
- Neque Prælati religionum. 631, 7.
- Comprehenditur Archiepiscopus respectu diœcesis suffraganei dum actu visitat. ib., 8.
- Episcopus non potest absolvere a peccatis in bulla *Cænæ* reservatis etiam occultis per decretum Conc. Trid. 631, 10 et seq.
- Delegatus non potest reservationem peccati tollere, nisi ab illo sacramentaliter absolvendo. 664, 3.
- Parochus excommunicatus non potest alteri sacerdoti dare facultatem ad audiendas confessiones. XXIII, 303, 15.
- Episcopus excommunicatus non potest sacerdotem exponere ad audiendas confessiones. ib.

Pœnitentiæ sacramentum ministrans excommunicatus fit irregularis, si intentionem conficiendi sacramentum habeat. 307, 12-13-15.
Secussihabeat intentionem fingendi sacramentum. 308, 14.

CONFESSIO IN RELIGIONIBUS.

Confessorem eligere non possunt religiosi per bullam *Cruciata*, nec per alias. XVI, 191, 2 et seq.
Confiteri de peccatis venialibus et de mortalibus jam confessis valide possunt religiosi cuilibet sacerdoti, licet in hoc faciant contra regulam. 190, 1.

Confiteri vero de mortalibus jure ordinario, et secluso privilegio, non possunt nisi confessariis a suis Superioribus deputatis. ib.

Religiosi peregrini quibus sacerdotibus possint ac debeant confiteri. Vide PEREGRINUS. XVI.

Novitii quibus possint confiteri, vide NOVITI. XVI.

Confessores privilegiati habentes jurisdictionem a Summo Pontifice, an possint audire confessionem religiosi, absque licentia prælatorum illius. 194, 12 et seq.

Jurisdiclio in foro pœnitentiæ a Summo Pontifice religiosis concessa ad audiendas confessiones omnium fidelium, an, et a quibus religiosis limitari possit. ib.

Confitendi frequentia quanta in Societate. 938, 1 et seq.

Confessionum generalium usus, qui in Societate præcipitur, conveniens sit necne. ib., 2 et seq.
Ad confessiones iterandas utrum et qua ratione obligari quis possit. ib., 4.

Regula Societatis, qua præcipitur ut qui confitetur alteri quam ordinario suo confessori, debeat postea eidem suo confessori eadem peccata confiteri, non inducit proprium onus comparandi, sed tantum simplicem directionem regulæ. 939, 5 et seq.

Utrum hæc regula sit conveniens. ib.
Hanc regulam non solum intelligi de mortalibus, sed etiam de venialibus. 940, 10.

Confessarii a Superioribus regularibus in quolibet conventu deputandi, vide ABSOLUTIO. XVI.

Confiteri Superiori in variis religionibus usitatum fuisse, idque per se malum non esse. 946, 16 et seq.

Quid circa hoc observetur in Societate. ib., 18.
Superior in rigore potest cogere ut subditus incidens in reservatum sibi confiteatur. 943, 8.

Vide CASUS RESERVATI. XVI.

An in aliquo casu liceat Superiori uti notitia confessionis ad dirigendum subditum. 944, 12-13.
Quid in hoc Societas observet. 943, 14.

Qua ratione debeat Superior non utendo notitia confessionis, peccatis nihilominus subditorum

occurrere, cum morale periculum eorum per solam notitiam confessionis agnoverit. ib., 15.
Confessarii Societatis quibus privilegiis fruuntur ad audiendas confessiones fidelium, eosque a casibus et censuris reservatis absolvendos, vide PœNITENTIE SACRAMENTUM. XVI.

CONFESSIO FIDEI.

Ad confessionem fidei quæ requiratur. VII, 711, 3.
Vide PRÆCEPTUM. VII.

CONFIRMATIONIS SACRAMENTUM.

ESSENTIA.

Est speciale sacramentum, a reliquis distinctum. XX, 620, 1 et seq.

Tres definitiones ejus. 632 præcem.

Est sacramentum vivorum. 664, 8.

Confirmatio actus Ordinis est, non jurisdictionis. 687, 5.

Cur non fuerit aliqua ejus figura in lege veteri. 89, 4.

Non potest iterari in eodem subjecto. 661, 3.

INSTITUTIO.

A Christo immediate institutum nocte cœnæ quoad aliqua, et perfecte post resurrectionem, in illis verbis, *Accipite Spiritum Sanctum*, Joan. 20. XX, 627, 4-5.

Ad danda specialiora auxilia gratiæ ad fidem profitendam institutum, et ad consignandum nos militari caractere Christi. 192, 7.

MATERIA.

Materia remota et omnino necessaria, est chrisma, ex oleo et balsamo confectum. XX, 635, 6-7.

Ex Christi institutione. 635, 8.

Qui solo oleo ungeretur iterum confirmandus, saltem sub conditione. 637, 13.

Balsamum ex India delatum, quamvis forte differret specie a Syriaco, sufficiens materia. 639, 17.

Non singulæ partes olei debent esse cum balsamo substantialiter mixtæ. ib.

Chrisma, si omnino amisit balsami fragrantiam, maxime dubia materia. 639, 19.

Ex jure divino requiritur materia præconsecrata ab Episcopo, licet ritus consecrationis ab Ecclesia determinetur. 640, 2 et seq.

Nec refert, quod Episcopus hæreticus vel schismaticus sit. 645, 14.

Unctio chrismatism est materia proxima hujus sacramenti. ib., 1.

De cujus necessitate est fieri in figuram crucis. ib.

In ea quantitate quæ satis sit ad imprimendum crucis signum. 643, 2.

Et in fronte confirmati. 647, 2.

Pollice Episcopi, quod est de necessitate præcepti, et probabile est esse essentielle. ib., 3.
 Et debet fieri pollice dextro, sed, licet alio fiat, sufficiet. ib.
 Probabile est Apostolos non usos fuisse hac materia, oppositum tamen probabilius. 648, 2 et seq.

FORMA.

Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti forma hujus sacramenti. XX, 653, 1 et seq.
 Singula verba, et expressa invocatio Trinitatis, sunt de essentia formæ. 654, 5.
 Non debet fieri verbis deprecativis, sed indicativis aut imperativis. 655, 7.
 Apostoli hac forma utebantur, quoad substantialem sensum. ib., 8.

EFFECTUS.

Imprimit characterem realiter et specificè a baptismali distinctum, magisque accedentem ad rationem potentiæ activæ, quam passivæ. XX, 190, 4-5 — 660, 2.
 Datur hic character ut militare signum, quo consignamur ad pugnandum pro Christi fide. 191, 6.
 Satis probabile est majorem gratiam conferre quam baptismum. 665, 7-8.
 Propriam sacramentalem gratiam confert, et in quo hæc consistat. 666, 9.
 Quando eam conferat. ib., 10.
 Per se primo non dat primam gratiam, sed auget et roborat. 664, 3.
 Potest hic effectus obice impediri, sed redit recedente fictione. 666, 10.

DISPOSITIO.

Ex natura rei prærequiritur prima gratia. XX, 664, 4.
 Et in his, qui non amiserunt baptismalem, hæc sola est sufficiens dispositio. ib.
 Gratia effectus per mortale peccatum impeditur, non vero character. ib.
 In mortali existens indiget contritione, non confessione nisi ex consilio. 665, 5.
 Non tamen sufficit attritio cognita, nisi adjungatur confessio. 664, 4-5.
 Attritio, existimata contritio ex ignorantia invincibili, sufficiens dispositio. ib., 6.
 Sine attritione vera, non sufficit existimatio sola, quantumvis invincibilis. ib.

SUBJECTUM.

Omnis baptizatus, sine ulla ætatum, sexuum, aut statuum distinctione, est capax hujus sacramenti. XX, 668, 1-2.

Expedit tamen non dari ante usum rationis, regulariter usque ad septennium. 669, 2-3.
 Qui aliquando ratione usi sunt, nisi probetur in statu peccati in amentiam incidisse, confirmandi sunt. 670, 4.
 Perpetuo amentes confirmandi. ib., 5.
 Qui sunt in articulo mortis confirmandi sunt, licet eis non sit simpliciter necessarium. 671, 6.

MINISTER CONFIRMATIONIS.

Quilibet Episcopus, sive hæreticus, sive excommunicatus, sufficiens minister; quod si alienas oves confirmet, factum tenet, licet ipse peccet. XX, 675, 1. — 687, 4-5.
 Solus Episcopus ordinarius minister, imo necessarius necessitate præcepti et sacramenti. 676, 3-4.
 Potest Summus Pontifex (non autem alius inferior) ad hoc delegare simplicem sacerdotem. 680, 4 et seq.
 Nec cessat hæc concessio morte Pontificis, nec causa cessante, si absolute concessa sit; potest tamen revocari. 685, 16.
 Papa electus, nondum consecratus Episcopus, potest hanc facultatem concedere, imo et secum ipse, si sacerdos sit, dispensare. 684, 13.

PRECEPTUM.

Nullum est obligans per se ad suscipiendam confirmationem. XX, 92, 3. — 695, 3 et seq.
 Tenentur Episcopi, sub mortali, rite celebrare hoc sacramentum aliquoties opportunis temporibus in sua diœcesi. 699, 1.
 Graviter peccat Episcopus chrismate veteri utendo sine gravi necessitate. ib., 3.
 Episcopus qui bis dat hoc sacramentum, graviter peccat, non tamen manet irregularis; similiter et qui recipit. 695, 2.

CÆREMONIA.

Balsami benedictio convenienter fit per figuram crucis. XX, 691, 1.
 Et ibi consequenter de aliis cæremoniis, quæ in conficiendo chrismate servantur. 691, 1 et seq.
 Chrismatis salutatio, adoratio quædam respectiva. 692, 4.
 Ubi deest Episcopus, chrisma aliunde deportandum. 693, 6.
 Non est aliquod tempus designandum ad ministrandum hoc sacramentum. ib., 1.
 Imo nec locus, licet quoad fieri possit in Ecclesia sit ministrandum. ib., 2.
 Vestibus sacris indutus debet Episcopus ministrare. ib., 3.
 Ex sola decencia, tenentur confirmans et confirmatus jejuni accedere. 694, 4.

Ligatio frontis confirmati vitta linea non præmittenda. ib., 5.
 Confirmatus cur cædatur alapa. ib., 6.
 Omissio hujus cæremonia non est mortale. ib.
 Potest interdum excommunicatus vitandus sacramentum confirmationis licite ministrare. XXIII, 298, 25.
 Iterans sacramentum confirmationis, vel Ordinis, non fit irregularis. XXIII bis, 348, 16.

CONFIRMATIO B. MARLE, APOSTOLORUM.

Confirmationis sacramentum Beata Virgo suscepit quantum ad effectum in die Pentecostes. XIX, 288, 4.
 Idem de Apostolis. ib.

CONFIRMATIO IN GRATIA.

Confirmatio in gratia, ultra commune perseverantiæ donum, aliquid aliud addit. I, 484, 12.
 Confirmatio in gratia. Vide NECESSITAS NON PEC-CANDI. IX.
 Confirmatio in gratia minus patet quam perseverantiæ donum. IX, 597, 9 — 609, 5.
 Requirit usum libertatis; ideo infantes et amentes non sunt confirmati. 607, 1.
 Confirmatio in gratia et perseverantia non consistunt in solo dono habituali. 608, 2. — 616, 25.
 Nec in solo actuali interno. ib.
 Sed requiritur externa protectio. ib.
 Confirmationem tollere libertatem, in eoque distinguuntur. 609, 5.
 Impugnantur, si libertatem negent ad bene agendum; admitti possunt si solum negent ad peccandum. 610, 8 et seq. — 614, 18.
 Omnibus tamen confirmatis id concedere non placet. 611, 12.
 Confirmationis et perseverantiæ discrimen aliud. 615, 20.
 Aliud item, quod non admittitur. 615, 22 et seq.
 Confirmationis revelatio quando facta Paulo. 615, 23.
 Confirmatio et perseverantia reipsa forte non distinguuntur. 617, 27-28.
 Distingui videntur per auxilia abundantiora vel ordinaria, utraque tamen congrua. 618, 29.
 CONFIRMATIO BENEFICII, vide BENEFICII COLLATIO, AN VALIDA SIT.

CONFISCATIO.

Confiscatio ipso facto imponitur. V, 429, 9.
 Confiscatio, quando expectat iudicis sententiam. ib.
 Confiscatio impedit dilapidationem honorum confiscatorum. ib.

CONFISCATIO ET FISCUS.

Confiscatio et fiscus, quid, et quotuplex. XII, 556, 1.

Confiscatio omnium bonorum in utroque jure imponitur in pœnam ob delictum hæresis. ib., 2.
 Confiscatio lata ex ipso jure, et incurritur ante omnem sententiam, etiam criminis declaratoriam. 557, 4 et seq.
 Confiscatio incurritur ob hæresim etiam per accidens occultam. 558, 7.
 Et in illo momento quo externa hæresis manifestatio consummatur. ib., 8.
 Confiscatio facta pro eo momento quo delictum committitur, an in eodem finiatur, vel bona etiam futura confiscentur. 559, 9 et seq.
 Confiscatio bonorum ad minimum durat quamdiu hæresis saltem animo non retractatur. 560, 14.
 Confiscatio bonorum ante hæresim acquisite per pœnitentiam de hæresi non aufertur. ib.
 Quid, si quis post primam hæresim respiscat, et postea reincidat. ib.
 Probabilius est confiscationem durare usque ad tempus latæ sententiæ, et bona omnia eousque acquisita esse publicanda, saltem in foro Ecclesiæ. ib., 15.
 Quid de foro conscientia. ib.
 Cui fisco cedant hæretici bona, Ecclesiæ, an regis. 561, 16.
 Fiscus nequit bona hæretico auferre ante sententiam latam. ib., 1.
 Nec hæreticus tenetur ea fisco tradere. 562, 3 et seq.
 Bonorum confiscatorum dominium utile est penes hæreticum, antequam sit declaratus, dominium directum penes fiscum. 563, 6.
 Ante iudicii executionem non tenetur reus bona etiam fisco adjudicata ei offerre, sed tantum executioni non obstare. ib., 7.
 Potestque de illis, quod necessarium fuerit ad vitæ status sustentationem, licite consumere aut expendere. 566, 1.
 An etiam illa sub contractu aut gratuito alienare. 564, 1 et seq.
 Vide BONA. XII.
 Fiscus an recuperet cum augmento et fructibus bona ab hæretico alienata ante sententiam, vide BONA. XII.
 Confiscatio bonorum ob hæresim an ad supremos principes extendatur, vide PRINCEPS. XII.

CONFORMITAS.

Conformitas cum divina voluntate, vide VOLUNTAS. IV.
 Conformitas duplex ad rationem in actibus virtutum reperiri potest, una ad rationem naturalem secundum se, altera ad rationem elevatam per gratiam. VII, 667, 10.

CONFRATERNITAS.

Vide SIMONIA. XIII.

CONFRATERNITAS.

Confraternitatum leges ad recitandum quantum obligent. XIV, 236, 13.

CONGREGATIO.

Vide CAPITULUM. XVI.

Congregatio religionis ut sit legitima ad electionem sui Generalis, quas requirat condiciones. XVI, 106, 1 et seq.

Congregationes Societatis, tam generales quam provinciales, et Procuratorum, quam potestatem habeant, et ad quem præcipue finem cogantur. 1058, 3-4.

Specialiter de potestate Congregationis generalis. 1072, 1 et seq.

Congregatio generalis Societatis, quid possit circa dimissionem professorum, aut licentiam eis concedendam ad transitum in alias religiones. 1134, 11.

Congregatio generalis an possit limitare Præpositi generalis facultates ipsi Præposito a Summo Pontifice concessas, quales sunt potestas ad dimittendos professos, etc. ib., 12.

Congregatio provincialis Societatis propriæ jurisdictionis potestatem non habet. 941, 4—1059, 3. Neque potest casus reservare pro sua provincia. 941, 4.

CONJUX, CONJUGES.

Conjux post votum castitatis non potest petere debitum. XIV, 860, 10.

Conjuges quæ particularia habent dominia. 1038, 11.

Vide INGRESSUS RELIGIONIS, CASTITAS SIMPLEX, PROFESSIO. XV.

Vide MATRIMONIUM. XVI.

Quando conjuges propter adulterium alterius separantur, licet adulter non possit alium obligare ut sibi cohabitent, potest tamen ab illo obligari ab cohabitandum. XVI, 317, 9.

Dissoluto matrimonio rato per professionem alterius conjugis revocantur donationes absolutæ inter eos factæ; non tamen si dictum matrimonium per dispensationem dissolvatur. 389, 20.

Conjux, qui post matrimonium ratum ingressus est religionem, an teneatur redire ad alterum conjugem, nisi statim post annum professionem emittat. 622, 23.

Et si ingrediatur Societatem, an debeat dispensari in biennio novitiatus, ut statim expleto uno anno novitiatus professionem emittat. 708, 13.

Si conjugatus post consummatum matrimonium, ex solo consensu uxoris, sine aliis juris circumstantiis, ingrediatur religionem (excepta religione Societatis), validam professionem emittet; poterit tamen quoad usum talis professionis

impediri, et ab uxore ad cohabitandum revocari, si illa velit. 622, 22.

Conjugatus ingrediens Societatem post matrimonium consummatum, et in ea proficens, professionem invalide facit, voto tamen castitatis manet ligatus. 623, 24.

Unus conjugum debet exhibere alteri excommunicato omne genus communicationis, quod vinculum matrimonii primario, aut secundario postulat. XXIII, 399, 1 et seq.

Unde possunt etiam reddere, et petere debitum. 404, 15.

Etiamsi uterque excommunicatus sit. ib.

Dummodo per communicationem non obdurescant. ib.

Nec communicent in crimine. ib., 16.

Nec essent excommunicati vitandi tempore conjugii. ib.

An vero maritus possit in judicio uxorem repetere absque objectione excommunicationis. 403, 12.

CONNUBIUM.

Connubia inter alienigenas prohibita jure gentium. V, 164, 6.

CONSANGUINEUS.

Vide SIMONIE PRETIUM. XIII.

CONSANGUINITAS.

Joseph et Maria quo gradu fuerint consanguinei. XIX, 18, 8.

CONSCIENTIA.

Conscientia, quid. III, 752, 9.

Conscientia frequentius significat aliquid pertinens ad intellectum. IV, 437, 3.

Et frequentius actum quam habitum. 438, 4.

Est actuale et practicum judicium intellectus discernentis de rebus agendis inter bonum et malum, etc. ib., 5 et seq.

Conscientia ad quem habitum spectet. 439, 8.

Conscientia quotuplex. ib., 1.

Vera vel falsa. ib., 2.

Conscientiæ veritas practica qualis esse debeat. ib., 2 et seq.

Conscientia dupliciter dici potest vera, vel falsa. 440, 5.

Practice vera quomodo possit esse falsa speculative, vel contra. ib.

Conscientia certa, dubia, et probabilis, quid. 441, 6-7.

Quid scrupulosa, et quotuplex. 442, 8.

Conscientia quænam requiratur ad honeste agendum. 442, 2 et seq.

Quæ ad male operandum. 443, 5.

Conscientia de se inducit obligationem. 443, 1.

Requiritur tamen ut judicet rem non solum bo-

nam esse, sed etiam necessariam ad honestatem. 444, 2.

Conscientia erronea, etiam invincibilis, absolute obligat. 445, 6.

Actus illi conformis est bonus. 445, 8.

Obligatio tunc oritur ex vi præcepti illius virtutis ad quam pertinet talis actus subsequutus. 445, 9.

Conscientiam erroneam vincibilem, qualiter tenemur deponere, vel juxta illam agere. 445, 10.

Contra conscientiam præsentem agere est intrinsece malum. 446, 14.

Non vero contra præteritam, et jam mutatam. 446, 13.

Conscientiam deponere, quid sit. 446, 16.

Cum conscientia dubia quomodo possit quis libere operari. 447, 2.

Conscientia opinativa, seu probabili, quo modo sit utendum. 449, 8.

Conscientia scrupulosa, vide SCRUPULUS. IV.

Conscientia dubia, vide DUBIUM. IV.

Conscientia opinativa, vide OPINIO. IV.

Conscientia erronea in juramento. XIV, 487, 16.

Habere conscientiam peccati mortalis, est recognoscere hominem, nondum sibi peccatum dimissum. XX, 502, 5.

Accedere ad Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis sine præmissa confessione, quando et quomodo liceat. Vide EUCHARISTIA, § Dispositiones. XXI.

Ex conscientia erronea potest quis etiam inculpabiliter constitui in necessitate committendi peccatum levius, ad majus vitandum. XXII, 67, 4.

Qui conscientiam mortalis habet, debet moralem diligentiam facere ut omnia confiteatur. 508, 2.

Non tenetur quis extraordinariam diligentiam facere, aut peccata scribere, etiamsi timeat quod memoria excident. 508, 4.

Discussio conscientiae potest compleri industria confessoris. 509, 5.

Varia dubii genera distinguuntur. XXIII bis, 349, 2.

Quoties in re est dubium, an sit lata irregularitas, judicandum est non esse, tam in interno foro, quam in externo. 349, 4.

Quid quando sunt variae opiniones de sensu juris. 350, 6.

Quid vero si dubium sit de existentia talis juris. 351, 7.

Cum dubia ignorantia de jure irregularitatis nemo potest prudenter operari, donec sufficienter dubium expellat. 351, 8.

Dubium, seu ignorantia solius irregularitatis non impedit quin illa contrahatur. 351, 9.

Imo nec ignorantia præcepti ecclesiastici, si alias est contra legem divinam, aut naturalem. 352, 10.

CONSCIENTIÆ RATIO.

Conscientiæ ratio quæ in Societate postulatur, quid sit. XVI, 1082, 2.

Quid circa illam in Societate statutum sit. *ib.*, 3.

Ad quod secretum obligetur Superior in iis quæ in ratione conscientiae illi manifestantur. 1085, 7 et seq.

Superior obligare non potest ut ratio conscientiae sibi in confessione reddatur, potest tamen ut extra confessionem. 1086, 10.

De quibus reddenda sit conscientiae ratio. 1085, 8.

Ad quem finem hujusmodi ratio conscientiae ordinetur. 1083, 4 — 1085, 9 — 1088, 14-15.

Quando, in quibus, et quomodo potest Superior uti notitia rerum sibi in ratione conscientiae manifestatarum. 1086, 11 et seq.

Conscientiam Superiori aperire, etiam extra confessionem, sanctis olim Patribus receptissimum fuit. 1083, 4.

Est signum non mediocris progressus in virtutibus faciendi, si integre aperiatur. 1088, 15.

Est etiam unum e potissimis mediis quibus ad perfectionem castitatis Societas juvatur. 709, 3-4.

CONSECRATIO.

Consecratio aut benedictio humana non potest per se reddere personam inhabilem ad matrimonium. XV, 140, 6.

Consecratio rerum vel personarum duplex, et quam vim habeat. 484, 15-16-17.

Aliquando auferri potest, aliquando non. 485, 18.

Ex dispensatione licet uti calice, seu alio vase consecrato ad communem et profanum usum necessarium, sed non malum. 860, 11.

CONSECRATIO EUCHARISTIÆ.

Licet fiat a sacerdote hæretico, vel degradato, vel quacumque ratione prohibito, valida est. XX, 688, 5.

Ut supponit pro transubstantiativa actione, non est sacramentum, nec pars ejus, sed via tantum ad illud. 766, 3 et seq.

Prolatio verborum consecrationis non est actio conversiva panis in corpus Christi. XXI, 151, 5.

Consecratio sufficiens actio ut possit in ea solum sacrificium consistere. 666, 4.

In consecratione cujuslibet speciei seorsum, potuisset essentia sacrificii consistere. 674, 4.

Vide EUCHARISTIA, § Forma et § Efficacia. XXI.

CONSECRATIO VIRGINUM.

Consecrari solæ virgines sanctimoniales solebant. XVI, 490, 6.

An etiam in aliquo casu non virgines. *ib.*, 7.

Consecratio virginum sanctimonialium a solo Episcopo consecrato peragenda. 492, 12.

Vide VELUM. XVI.

CONSECUTIO.

Consecutio rei postulatae est finis extrinsecus virtutis religionis. XIV, 25, 9.

CONSENSUS.

Consensus est proprie actus voluntatis, et qualis. IV, 257, 1-2.

Non distinguitur ab electione, si proprie sumatur. 258, 5.

Consensus, vide VOLUNTAS. IV.

Consensus legitimus qualis censeatur. XV, 517, 20.

CONSERVATIO.

Ad gratiae conservationem gratia opus est, et qualis. VII, 717, 10.

Præceptum conservandi justitiam originalem. Vide PRÆCEPTUM. VII.

Conservatio gratiae a solo pendet physice. IX, 571, 1.

Vide GRATIA. IX.

Conservatio rei et ejus productio, quandoque eadem quandoque diversa actio est. XX, 158, 21.

Conservari potest aliqua res nova actione absque cessatione prioris qua conservabatur. XXI, 411, 5.

Unaquæque res, ut conservetur sine suo naturali modo, indiget majori influxu causae agentis. ib., 159, 13.

Vide DEUS. XXI.

Conservatio rei primaque ejus productio, si utraque ab eodem agente sit, sola ratione distinguuntur. XXV, 791, 3.

Conservatio et prima productio ex diversitate distingui nequeunt. 791, 4.

Conservatio quo sensu dicatur continuatio primae actionis. ib.

Conservatio toto tempore post primum instans unica tantum actio est. 792, 5.

Conservatio et prima productio rei interdum ex varietate efficientium et materialium causarum distinguuntur, distinctione materiali non formali. 793, 8-9.

Conservatio et creatio ejusdem rei nequeunt naturaliter distingui. ib., 10.

Cum conservatur res, quo sensu dici possit esse in continuo fieri. 794, 12.

Conservatione divina omnes res indigere ut in esse permaneant, demonstratur. 786, 4.

Conservari unam rem ab alia, quibus modis contingat. 794, 2.

Conservatio proprie dicitur de illa quæ est per efficientiam, extendi tamen potest ad alias causas, maxime ad materialem et formalem. ib., 3.

Conservatio substantiæ a nulla causa creata pendere potest. 795, 4.

Conservatio est actio ita efficax ut posset per ipsam res primo poni si non præexisteret. 799, 20.

In conservari non omnia accidentia pendent a suis causis etiam æquivocis, pendent tamen aliqua, quæque ipsa sint. 796, 9-10.

In conservatione aliquorum accidentium cur Deus suppleat concursum causæ proximæ, ipsa deficiente, in aliis vero non ita. 798, 18 et seq.

Conservatio rei creatæ propriam habet modalem durationem distinctam a duratione termini. XXVI, 933, 11.

CONSERVATOR.

Pars quæ procurat ut conservator se intromittat in aliis quam manifestis injuriis, donec parti læsæ satisfaciatur, excommunicationem incurrit. XXIII, 632, 10.

Conservator, nisi sit Episcopus, qui in aliis quam manifestis injuriis se scienter intromittit, ab officio ipso jure suspenditur. XXIII bis, 126, 18.

CONSIDERATIO.

Consideratio quid sit. XIV, 156, 5.

CONSILIIUM.

Consilium quot modis accipiatur. IV, 264, 2.

Consilium non esse veram legem. V, 58, 10.

Consilium late sumptum latius patet quam consilium perfectionis. VI, 443, 30.

Consilium nunquam est circa finem, sed de mediis. XI, 403, 15.

Vide SIMONIA. XIII.

Est hæreticum negare distinctionem inter consilia evangelica et præcepta. XV, 32, 6.

Consilium et præceptum de bono opere esse debent. 34, 1 et seq.

Consilium de opere indifferenti dari nequit. ib.

De ratione consilii est ut sit de opere non præcepto. 36, 6.

Potest dari opus honestum inferioris ordinis, nec præcepti, nec consilii, quale est actus matrimonii. ib.

De ratione consilii est ut sit melius quam oppositum, et sibi impossibile. 36, 7.

An opus consilii debeat esse melius quam opus præcepti in eadem materia. ib., 8-9.

Consilii opus præcipi non potest. 56, 2.

Consilium distinguitur in generale et particulare. 38, 2.

Consilia evangelica generalia ex parte materiæ sunt tantum tria, paupertas, castitas et obedientia. ib.

Votum non pertinet ad consilia ex parte materiæ, sed ex parte modi. 38, 3.

Consilia particularia sunt plura, et in omni materia virtutis locum habent. 39, 4.
 Consilia non solum in operanda virtute, sed etiam in cavendo malo, scilicet quoad media ut caveantur, versari possunt. ib., 5.
 Consiliorum evangelicorum multiplex divisio, in essentialia et quasi accidentalia, in affirmativa et negativa. 40, 7.
 Consilia non excluduntur per præceptum charitatis. 42, 6.
 Frequentes et ferventes actus charitatis exercere pertinet ad consilium. 44, 14.
 Similiter actus imperati. 45, 15.
 Consilium, qua tale est, nullam obligationem vel sub veniali inducit. 47, 24-25.
 Indicat dictamen divini intellectus approbantis id quod consulit. ib., 25.
 Etiam indicat voluntatem Dei, sed inefficacem. 48, 26.
 Consilia nec per modum finis continentur in præceptis. 53, 15.
 Duobus modis sunt instrumenta majoris perfectionis acquirendæ. 56, 16.
 Consiliorum observantia, sed non omnium, requiritur ut medium ad perfectionem status religiosi. 114, 4-5.
 Sine aliquibus consiliis non potest consistere religio. 115, 6.
 Nullum consilium statui religioso generaliter sumpto repugnat. 116, 9.
 Consilia Dei rejicere ex errore intellectus prave de illis sentientis, aut ex pravo affectu in res divinas, quia, scilicet, consilia Dei sunt, est peccatum mortale, alias nec veniale. XVI, 24, 21-22.
 Consilium aliorum ab omnibus, maxime iis qui curam animarum gerunt, audiendum est. 893, 5-6.
 Consilia Christi non obligant necessario. XXIV, 222, 17.

CONSILII DONUM.

Consilii donum dari in hominibus justis ostenditur. VII, 689, 7.
 Donum consilii actuale quo pacto ab actu prudentiæ infusæ distinguatur. ib., 6 — 691, 11.
 Hoc donum consilii in materia omnium virtutum moralium exerceri potest. XXVI, 690, 9.

CONSOLATIO.

Consolatio spiritualis, qualis. XIV, 144, 18-19.

CONSTANTINUS.

Constantinus imperator orandi formam milites docuit. XIV, 255, 2.
 Constantini Magni erga Sanctorum reliquias pietas, qualis. XVIII, 657, 4.

Constantinus statim ac fidem accepit Romanorum vexillum in Crucem Christi mutavit. 661, 2.
 Romæ a Sylvestro baptizatus et divinitus a lepra mundatus. XX, 491, 2.

CONSTITUTIO.

 Necnon connaturale gratiæ et statui viatoris. 362, 5.
 Imo et in ipsa ratione mere naturali saltem remote fundatur. ib., 6 et seq.
 Præceptum fidei internum duplicem habet obligationem negativam, et duplicem positivam. ib.
 Præceptum negativum etiam omnem ab actu fidei excludit formidinem. 363, 7.
 Præceptum positivum quam inducat obligationem. ib., 8.
 Præceptum audiendi et inquirendi de fide, cum supernaturale sit, quomodo in ratione naturali fundetur. ib., et seq.
 Præceptum hoc fidei violans quomodo non dupliciter peccet. 364, 13.
 Præceptum credendi est speciale et per se ad ipsam fidem pertinens. 365, 3 et seq.
 Præceptum hoc speciale fidei etiam ad materiam moralem extenditur. 366, 6.

Præceptum credendi Deum esse, in omni semper statu extitit. 367, 2.
 Quenam alia fuerunt de necessitate præcepti credenda in lege naturæ et scripta, late. 368, 3 et seq.
 Quæ erant ex præcepto credenda in lege naturæ, sunt etiam in lege gratiæ. 370, 1.
 Imo in lege gratiæ magis explicita fides præcipitur quam in aliis. 371, 4.
 Ex præcepto tenentur fideles in lege gratiæ credere explicitè omnia fere in Symbolo Apostolorum contenta. ib., 5.
 Quinam articuli sint et quomodo explicitè credendi, late. 372, 6 et seq.
 Ex præcepto tenemur et scire et credere præcepta Decalogi. 374, 11.
 Necnon et sacramenta baptismi, pœnitentiæ et eucharistiæ. ib., 12.
 Præceptum addiscendi Orationem Dominicam obligat sub veniali tantum. ib.
 Præceptum credendi fide explicita in lege nova, an divinum vel ecclesiasticum. 375, 13.
 Præceptum fidei positivum obligat fideles ad actum fidei eliciendum in principio usus rationis; infideles autem quam primum habent fidem sufficienter propositam. 377, 6.
 An etiam post illud tempus, et quando. ib.
 Præceptum addiscendi obligat ad scienda memoriter ea fidei mysteria quæ sunt in præcepto. 378, 7.
 Quid de memoria verborum Symboli. ib., 8.
 Præceptum addiscendi fidem non obligat immediate ad scientiam habituaalem. ib., 9.
 Præceptum fidei negativum semper et pro omni tempore obligat. 376, 1.
 Ejus obligatio est de se æqualis in omnibus personis. 379, 1.
 Item obligatio credendi positive post sufficientem fidei propositionem. ib.
 Præceptum addiscendi explicitè res fidei non æque omnes obligat. ib., 3.
 Ad quam fidei notitiam teneantur fideles laici. ib., 4.
 Ad quam ecclesiastici. 380, 5.
 Obligatio sciendi mysteria fidei an æqualis in quovis ecclesiastico. ib., 6-7.
 Præceptum fidei internæ quando aut quomodo violetur, vide PECCATUM CONTRA FIDEM. XII.

FIDEI EXTERNÆ PRÆCEPTUM. — FIDEI

EXTERNA CONFESSIO.

Fidem in tormentis negare licitum esse, error Elezeitarum. XII, 381, 1.
 Ob nulla tormenta aut mala pœnæ licitum esse

- fidem negare, assertio catholica late probatur. 381, 2 et seq.
- Fidem negare, quam habeat malitiam. 382, 6.
- Est contra præceptum fidei quoad secundarium ejus actum. 383, 7.
- Potest tamen esse contra alias virtutes a fide. *ib.*
- Præceptum negativum fidei exterioris quibus modis violari possit, vide NEGATIO FIDEI. XII.
- Dari præceptum positivum de confitenda fide est omnino certum. 383, 1.
- Præceptum de confessione materiali fidei pro quo tempore obliget. *ib.*, 3.
- Pro quo obliget præceptum de confessione formali. *ib.*, 4 et seq. — 386, 7.
- Fidem occultare aliquando est prohibitum, aliquando non; nonnunquam etiam est necessarium. 387, 2.
- An quoties de fide interrogamur, teneamur eam palam profiteri. 388, 3 et seq.
- Quid si interrogemur a persona privata vel rege extraneo. *ib.*, 6.
- Quid si a rege proprio, sed tamen privatim. *ib.*
- Ne fidem confiteri compellamur, liceatne fugere persequentes. 389, 9.
- Vide FUGA. XII.
- Fidem occultare per actiones externas falsæ religionis licitum aliquando esse, perperam docuit Adrianus. 391, 3.
- Oppositum communius et omnino verius, late. 392, 4 et seq.
- Quid de Naaman ingrediente cum rege in templum Remnon adoraturum idolam. 393, 8.
- Quid de Jehu simulante sacrificium Baal, ut sacerdotem interficeret. *ib.*, 9.
- Fidem occultare an et quando liceat, utendo vestibus aut rebus infidelium propriis. 393, 7 et seq. Vide VESTIS. XII.
- Contra solam externam fidei confessionem peccans omissive, an et qualem poenam incurrat. 398, 2.
- Quid de negante fidem positive solum exterius sine interna infidelitate. 399, 4-5.
- FIDEI PRÆDICATIO, vide PRÆDICATIO. XII.
- FIDES.**
- Est simul speculativa et practica. XIII, 7, 2.
- Voluntas credendi est virtus. 12, 2.
- Quo pacto tendat in Deum. 13, 5.
- In quibus conveniat vel differat habitus fidei cum religione. 40, 3.
- Habitus fidei et piæ affectionis possunt dici una virtus theologica. 46, 7.
- Ad fidem tenetur homo ex jure divino. 83, 2.
- Assensus fidei est ejusdem speciei, licet res a Deo revelatur per varia signa, verborum scilicet Scripturæ, etc. 318, 3.
- Fidem Catholicam veram esse, quibus argumentis fiat evidenter credibile. XVI, 579, 9.
- Qua ratione se occultare liceat ad prædicandam fidem. 1048, 12-13.
- Fidei nostra mysteria, etsi supra rationem sint, non tamen contra. XVII, 38, 2.
- Fides in Christum explicita ante lapsum homini fuit necessaria. 192, 12.
- Fides, prout est virtus theologica, in Christo non fuit. 593, 1.
- Fides, prout est virtus moralis et fidelitatem significat, in Christo fuit perfectissima. *ib.*
- Ad fidem duo actus concurrunt, intellectus et voluntatis. *ib.*, 2.
- Fidei nostræ certitudo in eo maxime fundatur, quod Christus habuerit infallibilem cognitionem. 662, 5.
- De essentia fidei est, ut nitatur divina auctoritate credita, et non evidenter cognita. XVIII, 45, 12.
- Potest Papa aliquid de fide definire, sine explicita Dei revelatione, etc. et si in Scriptura sacra expressum non sit. XIX, 47, 4.
- Circa B. V. conceptionem nihil adhuc de fide definitum. 48, 5.
- Species rerum fidei non infunduntur cum fide. XX, 59, 4.
- Non solum fides, sed fidei professio, hominibus necessaria ad salutem. 70, 5.
- Fides parentum non est ad parvulorum justificationem necessaria. 103, 7.
- Inculpabiliter existimans se habere fidem excusabitur a peccato infidelitatis, non tamen sine ipsa in re habita justificabitur. 504, 10.
- Fides non potest haberi in voto. *ib.*
- Non pendet a gratia habituali in prima infusione, sicut nec in conservatione. 512, 13.
- Habitus fidei regulariter infunditur catechumeno, ante baptismum. *ib.*, 14.
- Quæ motiva in Eucharistia ad roborandam fidem. Vide EUCHARISTIA, § Institutio. XXI.
- Fides semel amissa non recuperatur, nisi per actum proprium. XXII, 264, 7.
- Qui non elicitur tunc ab habitu fidei. *ib.*
- Neque oportet, ut sit formatus per veram poenitentiam, seu charitatem, ut infundatur fidei habitus. 264, 8.
- Et idem omnino de spe. *ib.*
- Fides modo res creditas, modo credendi virtutem, significat. XXIV, 43, 2.
- Fides Catholica, sive universalis, cognominatur primo ab universitate materiæ. 70, 2.
- Deinde ab universali credendi regula. *ib.*, 4.
- Tertio ab integritate sacrorum, tum munerum, tum personarum. 71, 6-7.
- Ultimo, quia universum mundum complexa sit. 73, 1 — 78, 1 et seq.

- Præsertim a tempore Constantini imperatoris. 80, 41.
- Fides vera et vera Ecclesia individue comites. 16, 10 — 61, 2.
- Fidei regula sunt divinæ litteræ expositæ, traditionesque comprobatae a vera Ecclesia, 47, 14 et seq. — 113, 6.
- Fidem Apostoli non condiderunt sed promulgaverunt. 86, 2.
- Fidei dogmata non nova eduntur, sed explicantur. 92, 6 et seq. — 96, 6.
- Fides Apostolica, quæ dicatur. 86, 2.
- Fidei documenta rationibus non demonstrantur. 698, 2.
- Fidem subvertit, qui partem ejus evertit. 114, 9.
- Fides specialis seu fiducia novatorum, quam vana et hæretica. 56, 8.
- Fidei de causis judicare proprium est ecclesiasticæ potestatis. 53, 1.
- Fidei christianæ externa confessio jubetur præcepto divino positivo, et moraliter quasi conaturali cum ipsa fide. 703, 2 et seq.
- Fidei confessionis præceptum ubi fundetur. 704, 6.
- Fidei confessionis præceptum involvit alterum negativum negandi fidem. ib., 8.
- Fidei quædam occultatio tacita licita est aliquando. 705, 9.
- Fidei occultatio duplex negativa et privativa, quæ de utraque, quid sentiendum. ib., 9-10.
- Fidei confessio quo tempore obliget. ib. 11—713, 31.
- Fidei occultatio interdum est quædam virtualis negatio. ib.
- Fidem posse negari in tormentis, fuit quorundam hæresis. 706, 12.
- FIDUCIA, FIDES.
- Fiducia non ad intellectum sed ad voluntatem per se formaliter spectat. VII, 640, 2.
- Fiducia ne transeat in præsumptionem. XIV, 94, 10.
- Fiducia orantis unde possit oriri. 93, 9.
- Fiducia requiritur ad orationem. 92, 5.
- Quid conducat. ib., 6-7.
- Fiducia et fides majus et minus hæsitacionis quantum habeant. 93, 8.
- Fides in oratione exercetur. 22, 1.
- Fides est conditio ut oratio impetret, et quæ. 90, 2.
- Fides promissionis exigitur ad orationem. 91, 13.
- Fidei defectus non repugnans cum ejus substantia, in quo consistat. 93, 8.
- Fides speculativa et practica. ib.
- FIDES MIRACULORUM.
- Fides miraculorum quæ. XIV, 93, 9.
- Quid sit, et quomodo fuerit in B. Virgine. XIX, 312, 4.
- In Joanne Baptista non fuit. 360, 7.
- FIGURA.
- Figuræ Christi in Eucharistia. Vide CHRISTUS IN EUCHARISTIA, § Accidentia. XXI.
- Figura corporis humani quanti, duplex, organica et situialis, quidque utraque sit. XXI, 75, 25.
- Situialis figura motu locali mutatur, secus organica. ib.
- Figura per se non est principium alicujus actionis. XXV, 626, 8.
- Figura proprie sumpta est modus resultans in corpore ex magnitudinis terminatione. XXVI, 615, 1.
- Sicque inter species qualitatis numeratur. ib.
- Figura et forma, prout inter qualitates numerantur, solum accidentaliter differunt. 628, 2 et seq.
- Figura non potest intendi, et remitti; imitatur enim quantitatem. 768, 10.
- FILIA.
- Vide FILIUS, PARENS, et PATER. XV.
- FILII.
- Filii in statu innocentie quo pacto et in quali perfectione procreantur, vide INNOCENTIE STATUS. III.
- Filii, qui sint quorum respectu Deus Pater dicitur. XIV, 243, 5.
- Filii emancipati sunt sui juris. 1062, 1.
- Filiorum vota. Vide VOTI CAUSÆ, et VOTI IRRITATIO. XIV.
- Filii puberes et impuberes quando sint et dicantur. XV, 272, 2.
- Filius post expletos pubertatis annos non potest cogi a parentibus sine propria voluntate ad religionis ingressum. 293, 1.
- Potest vero ante pubertatem. 294, 3.
- Filius impubes sine propria voluntate non potest a parentibus obligari ad sponsalia. 293, 2 — 293, 5.
- Impubes coactus a parentibus ingredi religionem, etiam ante pubertatem, licite potest habitum relinquere. 296, 8.
- Filius in levi parentis necessitate non tenetur differre vel omittere religionis ingressum. 309, 3.
- Tenetur vero in extrema, dummodo sit omnino necessarius parenti, et moraliter speret posse illi subvenire manendo in seculo. 310, 4.
- Si non sit spes moraliter certa, quod aliquis filius subveniet, licet id possit et debeat, adhuc filius tenetur non ingredi; si vero sit spes quod subveniet, ingredi potest. 310, 5-6.
- Filius, si parentis necessitas id postulet, tenetur laborando procurare illi sustentationem. 311, 8.

- Filius clericus vel religiosus, ut subveniat parenti, tenetur propriis manibus laborare, exercendo actiones non repugnantes neque indecentes suo statui; ad actiones autem repugnantes vel non decentes non tenetur, imo nec debet illas exercere. 434, 17.
- Filius nobilis non tenetur mendicare in tali patris necessitate. ib.
- Vide NECESSITAS, et PROFESSIO. XV.
- Filius in gravi parentis necessitate tenetur non ingredi religionem. 312, 11.
- Quamvis habeat votum religionis. 314, 15.
- Filius habens votum religionis, quoties propria auctoritate potest non ingredi religionem propter parentis necessitatem, ad id tenetur. ib., 17.
- Filius non habens votum religionis, licet non teneatur omittere religionis ingressum propter parentis necessitatem, tamen aliquando melius erit manere in seculo, et subvenire parenti. ib., 19.
- Filius, si ab ipso parente inducatur ad peccatum, excusatur ab obligatione manendi in seculo propter illum. 315, 20.
- Si tentatur ad peccandum, non tenetur relinquere parentem, tenetur vero si inducitur. ib., 21.
- In hoc tamen casu, adhuc tenetur in loco distans subvenire parenti si possit (ac proinde non ingredi religionem), vel quolibet alio modo, etiamsi ingrediatur. 316, 22.
- Filius a parente graviter vel extreme egente provocatus ad peccatum non tenetur illum deserere ratione sui. ib., 23-24.
- Non est ad id obligandus; si vero potest facile illi subvenire per alium, vel alio modo absens, debet obligari, et tenetur relinquere. ib., 25.
- In eo casu, quamvis filius non teneatur, tamen licite potest relinquere. 317, 26.
- Si deserat, et habeat votum religionis, tenetur implere et ingredi. ib., 27.
- Filius, si a parente inducatur directe ad peccatum veniale, tenetur deserere illum; si vero provocetur indirecte, tenetur non deserere, nec ingredi religionem. 318, 28.
- Idem dicendum si impediatur ab operibus perfectionis. ib., 29.
- Filius, si manens in seculo timeat probabiliter grave et morale periculum peccandi mortaliter, quin parens ad id præbeat occasionem, rarissime, et nisi tribus conditionibus concurrentibus, potest licite parentem deserere in extrema vel gravi necessitate positum, et ingredi religionem. 319, 30 et seq.
- Filii Prophetarum non fuerunt vere religiosi, vivebant sub Elisæo, colentes, sed non voventes obedientiam. 227, 10.
- Vivebant sub Elia veluti in quadam congregatione; incertum est an perpetuo in societate Elisæi vel Elisæi habitarent: verisimile est castitatem coluisse, dum ibi manebant. ib., 11.
- Quid requiratur ad denominationem filii. XIX, 5, 11.
- Homo prius est filius Adæ, quam filius gratiæ. 33, 7.
- Filiis non prohibetur communicatio cum patre excommunicato. XXIII, 405, 2.
- Et de quo filio intelligatur. 405, 3 et seq.
- Privilegium hoc extenditur ad nepotes, et alios, non vero ad filios spirituales respectu patrum, aut baptizantium. 407, 8.
- Filius an teneatur credere matri asserenti se esse supposititium. XXIII bis, 553, 8.

FILIIUS, FILII HÆRETICORUM.

Filius an patri in dilectione præferendus, vide CHARITATIS ORDO. XII.

Filius familias qualiter possit facere eleemosynam. XII, 679, 4.

Filii etiam catholici plectuntur pœna confiscationis bonorum patris ob paternam hæresim, et cur. 557, 3 — 573, 7.

Filiorum bona castrensia non confiscantur ob hæresim paternam, sed ob propriam. 573, 9.

Quid de bonis filii adventitiis et profectitiis. ib.

Filii hæreticorum innocentes non incurrunt censuras quas incurrunt patres. 594, 2.

Nec pœnam mortis aut corporales. ib.

Filii hæreticorum non possunt puniri in bonis temporalibus quæ erant propria tempore delicti, aut in iis quæ post hæresim paternam acquisierunt. ib.

Hæreticorum vel fautorum filii et nepotes, in solo secundo gradu per lineam masculinam sunt irregulares. 595, 3.

Item incapaces pensionis aut beneficii ecclesiastici ipso jure. ib., 4.

Quid de beneficiis antea obtentis. ib., 5.

Filii hæreticorum ex quo tempore hanc irregularitatem et incapacitatem incurrant. ib.

Filii hæreticorum vel fautorum, etc., redduntur etiam inhabiles ad omnia officia publica, etiam sæcularia, et quomodo. 596, 6 — 319, 30.

Filiis hæreticorum nulla alia pœna privativa a jure imponitur. 596, 7.

Filii infidelium baptizati ab eorum potestate liberantur. 456, 15.

An possint ad hunc finem baptizari invitis parentibus, remissive. ib.

FILIIUS, et FILIATIO.

Filiatio adoptiva divina relationem realem importat, non item humana. IX, 11, 10.

Si divina fieret per solum favorem, vel accepta-

tionem extrinsecam, relationem tantum rationis inferret. ib.

Filiatio adoptiva et jus ad beatitudinem non satis fundatur in habitu charitatis per se spectato, etiam cum fide et spe conjuncto. 106, 4-5.

Filiatio adoptiva perfecte, et quoad substantiam, completur per gratiam in hac vita; quoad statum vero, sive possessionem hæreditatis, non comparatur. 108, 8.

Filiatio adoptiva humana sola acceptatione extrinseca constare potest. 109, 9.

Filiatio divina formam intrinsecam postulat. 109, 9 — 114, 16.

De absoluta potentia per acceptationem extrinsecam fieri potest. ib.

Posset item fieri de potentia absoluta per actus supernaturales. Non tam perfecte ac fit per gratiam habitualem. 106, 21.

Filius naturalis constituitur per propriam patris naturam. 73, 10.

Adoptivus quoad homines per extrinsecam acceptationem, apud Deum per extrinsecam formam. ib.

FILIUS DEI, VERBUM.

Filius est persona vivens procedens a vivente conjuncto in similitudine naturæ. I, 720, 4 — 783, 3.

Secunda Trinitatis persona est vere Filius. 721, 6.

Verbum et Filius idem sunt quoad personam. ib., 7.

Filiatio, generatio, paternitas, diverso modo inveniuntur in Verbo et Patre, quam in creaturis. 722, 14.

Quare Filii proprietas potuit uniri humanitati Christi Domini non unita paternitate. 139, 23.

Filius Dei et Verbum divinum eadem est persona simulque Christus Dominus. 579, 3.

Filius non instrumentum, sed prima et principalis creationis causa est cum Patre. 583, 12.

Filio attributa præpositio *per* duplicem habet explicatum. ib., 13.

Filius quomodo dicatur discere, et accipere a Patre. ib., 14.

Filius in Scriptura Deus aliquando appellatur addito articulo. 584, 16.

Filio tribuuntur in Scriptura omnia illa attributa, quæ manifestam faciunt ejus divinitatem. 580, 10.

Filii Verbiq; ratio una est. 615, 7.

Filius cur generare nequeat. 638, 8.

Filiatio et Spiratio virtute ac fundamentaliter distinguuntur. 664, 6.

Filiatio Paternitati opponitur relative, Processioni autem tanquam terminus formalis. 698, 9.

Filius ab Spiritu sancto per Filiationem distinguitur. ib.

Filius solum dicit processionem in similitudine naturæ. 722, 13.

A Filio esse processionem Spiritus sancti. 734, 4.

Filius atque Pater sunt unum principium Spiritus sancti, non plura. 770, 2.

Unusque spirator. 771, 3.

Filius et Pater dicuntur duo spirantes. ib.

Respectu Filii et Spiritus sancti, non dicitur Pater duo principia. 772, 7.

Filius, ut est principium Spiritus sancti, et Pater, ut principium Filii, in re non sunt duo principia, sed ratione tantum. ib., 8.

Filium, et Patrem non producere Spiritum sanctum per amorem liberum. 779, 10.

Filius, et Pater diligunt se Spiritu sancto, locutio hæc nec in Scriptura, nec in Patribus invenitur. 780, 5.

Filius, et Pater diligunt se amore, qui est Spiritus sanctus; vel, diligunt Spiritu sancto, in rigore diversæ locutiones sunt. ib.

Filius, et Pater diligunt se Spiritu sancto, formaliter sumpta hæc propositio defendi potest. 781, 6.

An Filius et Pater recte dicantur diligere creaturas Spiritu sancto. 782, 12.

Filiatio non est spiratio. 663, 8.

Filius quomodo vocetur ab Ecclesia solus Dominus, solus Altissimus. 643, 2.

Filius est imago Patris ut Deus est. 746, 4.

In Filio imago non dicit novam proprietatem. 747, 6.

Filius non est imago Spiritus sancti. 748, 8.

Filius quare potius debuerit incarnari, quam Pater et Spiritus sanctus. XVII, 462, 3.

Filius assumpsit humanitatem in eo quod ei proprium est, non in eo quod commune Sanctissimæ Trinitati. 467, 4.

Filii adoptivi Dei, omnes qui præcesserunt Christi adventum, fuerunt. XVIII, 476, 6.

Filii adoptivi sunt omnes justii, etiamsi præsciti sint, secus qui in peccato mortali vel originali sunt, etiamsi sint prædestinati. 477, 8.

Filiatio ad Deum, quibus modis accipi possit. 479, 2.

Filiatio qualiter dicenda sit proprietas personæ, et non naturæ. 486, 7.

Filiatio divina participata duplex: adoptiva et naturalis. 496, 32.

Filius Dei Christus in quantum homo. 480, 3.

Qualiter. 481, 5.

Filiationis hujus fundamentum est ipsa gratia unionis. ib.

Filiatio hæc in Christo tantum est relatio rationis, nec aliquid realem supra unionis gratiam superaddit. ib., 6.

Humanitas Christi nullatenus dici potest filia. ib., 7.

Filius Dei adoptivus Christus in quantum homo dici non potest, sed naturalis. 482, 8-9.

- Non tamen in eo rigore quo ratione æternæ generationis naturalis filius dicitur. ib., 10.
- Filiatio hæc Christi ut hominis nullatenus competit humanitati propriæ et secundum se, sed per se primo competit huic personæ compositæ. 486, 7.
- Si filiatio consequeretur in Christo ad infusionem gratiæ habitualis, non esset adoptiva, sed potius naturalis. 488, 12.
- Nulla filiatio Christo convenit ratione gratiæ habitualis. 482, 9.
- Filiatio naturalis Christi, et ea quam habet ratione æternæ generationis, et filiatio adoptiva, inter se comparantur. 496, 34-35.
- Filiationes Christi, licet tantum in re sint duæ, tamen tres ratione nostra distinguuntur propter naturalis filiationis eminentiam, et qualiter. ib., 34.
- Spiritus Sanctus, si assumeret humanitatem, esset, in quantum homo, filius Dei naturalis. 498, 36.
- Hæc propositio *Christus est filius Dei naturalis*, est simpliciter de fide, sicut hæc : *Christus, in quantum homo, est filius Dei naturalis*, designando suppositum. 512, 31-32.
- Si vero naturam designet, in uno sensu est falsa, in alio autem vera, licet sub opinione. ib., 33.
- Hæc propositio : *Christus est filius adoptivus*, simpliciter est hæretica, et etiamsi addatur, *in quantum homo*, designando suppositum. 513, 38-39.
- Imo etiamsi naturam designet, falsa est, non tamen hæretica. 516, 40.
- De filiatione Christi, vide CHRISTI FILIATIO. XIX.
- Num eadem filiatio maneat in eadem natura cum diversa ratione subsistendi. XIX, 3, 11.
- FINIS.**
- Finis est propter se ipsum. I, 261, 4.
- A fine intento pendent media intentionis ordine, sed in executionis ordine secus accidit. 262, 8.
- Finis intentio voluntatem mediorum antecedit in nobis naturæ, in Deo vero rationis, ordine. 271, 40.
- Finis prædestinationis, sive ultimus, sive remotus, supernaturalis est. 324, 9.
- Finis a morali causa discrimen. 325, 2.
- Finis causalitas supponit cognitionem. 577, 7.
- Perfectio quæ est in adoptione finis Deo essentialis est. 23, 8.
- Pro fine ultimo naturali consequendo nulla propria gratia egent Angeli, maxime tamen pro supernaturali. II, 566, 3 et seq.
- Finis ultimus dupliciter constitui potest in re aliqua. 396, 9.
- Dupliciter quoque dici potest ultimus. ib., 10.
- Dupliciter denique amari potest finis, nec circa illum Angeli possunt errare. 411, 26.
- Ad finem ultimum non esse opus referibile, non reddit illud deterius. 396, 9-10.
- Finis ejusque causalitas maxime cernitur in voluntate humana. IV, 1, 1.
- In finali causa quatuor distinguuntur sicut in efficiente, nimirum res quæ causa, principium quo causat, causalitas et effectus. 1, 2.
- Finalis causæ causalitas non est id propter quod aliquid est, ut voluit Cajetanus. 1, 3-4.
- Neque est motio metaphorica in actu primo, seu ut distinguitur ab omni actu voluntatis. 2, 5-6.
- Finis causalitas non datur actu nisi quando voluntas actu movetur. 3, 7.
- Est ipse actus voluntatis, non prout egreditur a voluntate, sed prout res amata per illum attrahit ipsam voluntatem, neque in tali actu oportet duas rationes, seu modos distinguere. 3, 8.
- Causalitas finis solum visitur proprie in cognoscentibus per intellectum, datur tamen aliquantulum in brutis. 4, 10.
- Finis causalitas, non solum circa media, sed etiam circa ipsum finem exercetur. ib., 2.
- Finis, dando appetibilitatem mediis, causalitatem suam exercet erga ipsa media, atque adeo magis circa ipsum finem cum per se habeat illam appetibilitatem. 5, 3.
- Finalis causalitas proxime exercetur circa actus elicitos voluntatis, remote circa imperatos. ib., 4.
- Finalis causæ effectus sunt omnes actus voluntatis tam circa ipsum finem quam circa media. ib.
- Finis intentio etiam dici potest eligi propter ipsum finem. ib., 5.
- Finis non solum dicitur habitudinem ad media, sed etiam ad omne id quod terminat, atque adeo ad ipsam intentionem, seu amorem sui. ib.
- Finis causat sub ratione boni. 6, 1.
- Finis ratio propria non reperitur in mediis, sed in ea re solum quæ in aliqua serie sola amatur propter se. 9, 5.
- Finis est formale objectum voluntatis creatæ, unde media appetibilia etiam formaliter propter ipsum finem licet materialiter distinguantur a fine. 11, 3-4.
- Est vero finis formale objectum prout abstrahit ab executione seu intentione, unde impossibilia etiam sunt finis, quando per simplicem affectum appetuntur. ib., 4.
- Finis ultimus, et non ultimus, quotuplex. 12, 1.
- Finis ultimus simpliciter, qualiter intendatur. 13, 3.
- Finis unus cujus, alter cui; et quis eorum proprie sit finis. ib., 4 et seq.
- Finis cujus multum differt a medio. 14, 6.

- Finis cui et cuius componunt unum totalem finem. 14, 6.
- Finis cuius interdum est re ipsa perfectior fine cui, interdum non, et cur. ib., 7-8.
- Finis alius est operatio, alius res manens post operationem, in operatione autem visitur actio et terminus, qui proprie est finis. 15, 9.
- Finis non solum est extrinseca ratio volendi media, sed etiam quando est objectum intrinsecum alicujus actus, verbi gratia, volitionis simplicis, vel intentionis, est causa finalis talium actuum. 3, 8.
- Propter finem operantur aliquo modo pueri amantes. 21, 12.
- Finis aliquis ultimus præstitus est homini ab auctore suo. 26, 1.
- Finis ultimus totius naturæ humanæ unus est, videlicet vel naturalis spectato appetitu innato, vel supernaturalis, id est, spectata divina ordinatione. At vero spectato appetitu elicitō, quisque sibi proponit finem pro sua libertate. ib., 3.
- Finis ultimus est aliquid particulare, et non bonum in communi, et cur: 27, 6.
- Fines duo ultimi particulares intendi simul possunt, si non habeant in se repugnantiam, neque in mediis. 28, 3.
- Neque oportet ut voluntas formaliter intendat unire illos, quidquid sit de interpretativa intentione. 29, 5.
- Fines duos ultimos et totales nemo potest copulative appetere, et licet speculative erret quis putando se appetere ut totales, re tamen ipsa utrumque appetit ut partialem. 31, 4-5.
- Fines duos ultimos neque disjunctive potest quis appetere, quia talis appetitio est inefficax, et cur. ib., 6.
- Finis formalis, cum est idem, potest appeti sub disjunctione in hac vel illa re. 32, 7.
- Duo fines ultimi possunt appeti interpretative, non formaliter. 33, 13.
- Finis ultimus simpliciter et finis ultimus negative bene possunt intendi. 35, 4-5.
- Finis ultimus simpliciter, nec formaliter nec materialiter talis, ut est bonum simpliciter, Deus, pecunia, necessario appetitur ante alias appetitiones finium non ultimorum. 36, 3.
- Et si forte præcessit talis appetitio, ea non influit necessario in appetitiones consequentes particularium honorum. ib., 4.
- Finis ultimus formalis, id est, bonum simpliciter et completum semper appetitur interpretative in quacumque particulari appetitione. 37, 2.
- Finis ultimus realis, id est Deus, semper intenditur saltem interpretative, in quibuslibet actibus virtutis. 38, 4.
- Finem et medium aliquando appetit voluntas uno actu, et ut quod. 260, 5.
- Finis, vide CAUSA ET CAUSALITAS. IV.
- Vide PHILOSOPHI, et LEX NATURALIS. V.
- Finis hominis naturalis et supernaturalis. VII, 353, 3.
- Finis dat speciem actui, et bonitatem vel malitiam in moralibus. 386, 5.
- Duplex finis ultimus quoad appetitionem repugnat. Implicat item quod finis, supernaturalis quoad consecutionem, sit naturalis quoad appetitionem. 181, 8.
- Finis divisio in *cujus* et *cui* in formalem et objectivum. IX, 311, 11.
- Finis *qui* non potest in executione a fine *quo* separari. ib.
- Finalis causalitas gratiæ. Vide GRATIA. IX.
- Intentio efficax finis infert necessitatem eligendi medium. X, 330, 1.
- Discrimen inter finem et pretium. XIII, 881, 4.
- Multis modis ex parte operantis aliquid est finis proximus respectu intentionis ejus. 882, 6.
- Omnibus modis finis principalis de se abstrahit a ratione pretii. ib.
- Finis pravus quatenus depravat votum. XIV, 1015, 8.
- Vide VOTUM. XIV.
- Finis mentalis orationis in quo differat a fine vocalis, et qui sit. 134, 12.
- Finis ex se non habet terminum. 80, 8.
- Ad finem inferiorem, rem superiorem referre an liceat. 467, 10-11.
- Vide STATUS. XV.
- Ex fine, ut bonitas et perfectio actionis, ita et status religiosi desumitur. XVI, 560, 1.
- Finis generalis ad quem omnes religiones ordinantur est perfectio charitatis. Et quomodo ad hunc generalem particulares earundem fines ordinantur et comparentur. 428, 3 et seq.
- An et qua ratione possit esse particularis finis intentus alicujus religionis proximorum salutem procurare. 562, 5 et seq.
- Religionum distinctio ex finibus desumenda. 428, 4-5.
- Varii gradus et modi hujus distinctionis. 429, 5.
- Finis formaliter divisus sufficit ad quamlibet religionem diversificandam, quamvis materialiter idem sit. 428, 4 — 585, 9.
- Finis intentio an in Deo supponat scientiam mediocorum, varia Theologorum placita. XVII, 200, 7.
- Omnis intentio finis supponit scientiam mediocorum, saltem ut possibilem seu sufficientem, non vero ut futurorum. 201, 8.
- Finis intentio efficax supponit in Deo scientiam mediocorum efficaciam et futurorum, saltem conditionatam. ib.

Finis non pendet a medio tanquam a ratione propter quam finis intendatur, sed solum pendet ab illo quoad executionem. 202, 10.
 Finis intentio includit in virtute volitionem mediorum. ib., 9.
 Utilitas medii ad finem debet aliquo modo supponi in medio. 204, 14 et seq.
 Finis intentio an ita sit prior ratione in Deo quam electio, ut ab hac non pendeat. 209, 30.
 Finis intentionem ratione esse priorem electione mediorum aliud est quam esse omnino independentem ab illa. 240, 32.
 Finis intentionem esse simul cum electione mediorum, quo sensu sit verum. 241, 33.
 Finis intentio est prior in Deo electione mediorum, in quantum finis est ratio volendi media, et non e converso. 208, 27.
 Vide CAUSA FINALIS. XXV.

FINITUM ET INFINITUM.

Vide DEUS, et ENS, et ENTIS DIVISIONES. XXV.

FIRMAMENTUM.

Firmamentum secundo die factum ad dividendas aquas ab aquis, fuisse cælum æthereum in eo die substantialiter productum, qui dicant. III, 120, 1.
 Quid in ea sententia consequenter dicendum. ib., 2 et seq.
 Firmamentum illud aerem esse, seu aliquam ejus partem, verior sententia. 122, 7-84
 Quæ aeris regio sit proprie firmamentum. 123, 9 et seq.
 Firmamentum non fuit factum quoad substantiam, in secundo die per illa verba, FIAT FIRMAMENTUM: sed tantum aer jam productus firmamenti munus accepit. 125, 17.

FISCUS.

Vide CONFISCATIO. XII.

FLETUS.

Fletus in inferno an futurus. II, 1018, 28-29.
 Vide PASSIO. III.

FOEDERA.

Fœdera pacis ad jus gentium referuntur. V, 164, 6.

FŒTUS.

Fœtus in utero quam habeat animarum successionem. III, 596, 2 et seq.
 Quæ actiones interveniant in generatione fœtus. XIX, 170, 4 et seq.
 Fœtum in instanti organizari non repugnat. 180, 3.

FOMES.

Fomitis difficultas quomodo per habitus infusus minuatur. VII, 423, 7.

Fomitem extinguere et omnia omnino peccata vitare non sunt idem. IX, 501, 2.
 Fomitem extinguere posse viribus naturæ, qui erraverint. 502, 3.
 Qui item Catholici per vires gratiæ sanctificantis id contingere putent. ib., 4 et seq.
 Refutantur. 505, 10 et seq.
 Opera ex gratia facta nec meritorie extinguunt fomitem. 507, 16.
 Nec effective physice. 508, 17.
 Quare non tollatur per merita. 509, 21.
 Fomitis ablationem concessam Beatæ Virgini pluribus extendere temerarium, nisi forte quoad aliquam materiam, et pro aliquo vitæ tempore, ut circa castitatem. 504, 9.
 Fomitem vel ejus actus posse esse citra peccatum, de fide est. 511, 4.
 Nec præceptum datur illo carendi. 569, 16.
 Gratia, licet sanet animam, non tollit fomitem. 574, 11.
 Gratia necessitas propter fomitem parvulos quoque comprehendit. 589, 20.
 Fomes consistit in resistantia sensualis appetitus ad rationem. XVIII, 184, 1.
 Fomes potest in actu primo et secundo considerari, et quid sit. ib.
 Fomes peccati in Christo locum non habuit. 184, 2.
 Neque in actu secundo. 201, 2.
 Neque in actu primo. 202, 7.
 Fomes ut extingueretur in statu innocentia, necessaria fuit aliqua perfectio, vel specialis Dei providentia. 185, 3.
 Fomitem esse qualitatem quamdam morbidam, quidam, sed improbabiler, opinantur. 200, 1.
 Et quid sit. ib.
 Fomitis motus sine peccato esse possunt, sed sunt indecentes et turpes. 201, 3.
 Fomitis motus Christus pati non debuit, etiam ut nobis exemplum tentationum superandarum præberet. ib.
 Fomes etiam quoad actum primum in Christo non fuit, nec esse potuit etiam de potentia absoluta. 202, 7-8.
 Fomes per quid in Christo extinctus sit. ib., 7.
 Fomes peccati quid. XIX, 66, 1.
 Quid sit ligari, quid extinguere. 67, 6.
 Intrinsece sequitur ex originali culpa, carentiaque originalis justitiæ. 351, 2.
 Apostolis ablatus non est. ib.
 Nec Joanni Baptistæ. ib.
 In B. Virgine non fuit. 66, 2.

FONS.

Fons olei dicitur Romæ fluxisse nativitatibus tempore. XIX, 234, 3.

FORMA.

- Unitas formæ sufficit ad unitatem substantivi. 1, 642, 4 --- 770, 2.
- Nec omnis forma quæ a solo Deo fieri potest supernaturalis est. 73, 3.
- Vide CAUSA FORMALIS. I.
- Forma nobilior non semper continet eminenter minus nobilem. II, 317, 6.
- Forma intellectiva specie distincta ab humana possibilis non est. 51, 8.
- Forma educere quousque queant Angeli, vide ACTIONO. II.
- Forma substantialis una numero est in quovis composito physico. III, 502, 3-4.
- Forma hominis specie differt a formis brutorum. 556, 10.
- Vide ANIMA. III.
- Forma extrinsece denominans quomodo debet alteri rei inhærere. IV, 283, 21.

FORMA, FORMALIS CAUSA.

- Forma non actuat nisi subjectum sibi proportionatum. XVII, 285, 9.
- Formalis causæ effectus sine causa formali cur non sit. ib.
- Formæ, quæ in abstracto non prædicantur de se invicem, in concreto non prædicantur nisi propter conjunctionem in eodem supposito. 310, 3.
- Forma substantialis separata a materia uniri potest hypostaticè Verbo. 515, 4.
- Forte particula, cum in Scriptura divina conjungitur cum divinæ scientiæ promissione, non indicat incertitudinem, sed aliquod mysterium. 156, 30.
- Formæ, quæ educuntur de potentia materiæ, non prius sunt a Deo solo quam sint per actionem quæ concurrat cum causa secunda ad earum educationem. XVIII, 163, 17.

FORMA CADAVERIS.

- Introducta in materiam corporis Christi mortui. XIX, 636, 5.
- Verbo divino unita hypostaticè. ib., 6.

FORMA SUBSTANTIALIS ET ACCIDENTALIS.

- Forma accidentalis non prius creatur et posterius unitur. XX, 141, 10.
- Forma pendens a materia eadem actione qua fit unitur. 143, 14.
- Et similiter conservatur. 139, 6.
- Non implicat eandem formam simul creari et educi de potentia materiæ. 143, 14.
- Repugnantia inter formas substantiales formalis est, non effectiva. XXI, 105, 6.

FORMA SUBSTANTIALIS.

- Forma semel facta in hac et ex hac materia, licet non possit naturaliter conservari sine illa, non tamen est ab intrinseco inepta ad naturaliter informandam aliam. XXV, 184, 11.
- Forma aliter generationis principium est, quam rei genitæ. 374, 7.
- Forma prior generatione, et qua prioritate. 375, 9.
- Formas duas ejusdem speciei eandem potentiam simul actuare, naturaliter impossibile. 405, 11.
- Forma corporeitatis præcisa nequaquam ponenda. 406, 13 et seq.
- Forma corporeitatis etiam in solis viventibus, ut ab Scoto asseritur, late impugnatur. 537, 7.
- Forma substantialis communicare non potest gradum genericum ab aliis præcisum. 407, 17.
- Forma quælibet in aliqua ultima specie essentialiter constituta esse debet. ib.
- Formarum pluralitatem in eodem composito ex graduum diversitate inferre, quam absurdum. 536, 4.
- Forma substantialis nequit specificum effectum tribuere, quin prius det illi esse corporeum. 409, 22.
- Formam esse quæ dat speciem rei, qualiter intelligendum. 412, 12.
- In formis materialibus non distinguitur unio ad materiam a dependentia formæ ab illa. 432.
- Formæ substantialis et quantitatis mutua dependentia et prioritas duplici via explicatur. 486, 41.
- Forma materialis, ut suo modo extensa, et quanta sit, non exigit subjici quantitati. 489, 49.
- Forma physica, cur ita nominetur, quaque ratione ad metaphysicam considerationem pertineat. 497 Proœm.
- Formas substantiales esse, et in omnibus naturalibus rebus, materia excepta, requiri, easque intrinsece componere, ostenditur. 498, 5.
- Argumento ex anima rationali desumpto. 499, 6.
- Nec non ex variis indiciis. 500, 8.
- Propriisque ejus causis, maximeque ex finali. 503, 16 et seq.
- Formæ substantiali endelechiæ nomen, quasi per antonomasiam, convenit. 498, 5.
- Formæ substantiales non omnes creantur. 508, 9.
- Formæ, quæ ex materiæ potentia educitur, nihil præest in materia, variique modi contrarium asserendi impugnantur. 506, 5 et seq.
- Formæ substantiales omnes, rationali excepta, ex præjacente subjecto fiunt. 510, 13.
- Formam de potentia materiæ educi, quid sit, variis modis explicatur. ib., 14.
- Formæ cœlestes non educuntur ex potentia materiæ; imo etsi prius tempore materia crearetur, idem judicium esset. 511, 17 — 512, 3.

- Formæ eductio non necessario supponit præexistentiam materiæ aut dispositionum in aliqua duratione reali. 513, 4.
- Formæ eductæ non proprie dicuntur per se fieri, sed confiteri ad effectiorem compositi. 516, 3 et seq.
- Formæ substantialis descriptio traditur et exponitur. 517, 1.
- Forma actus corporis physici dicitur, et quomodo. ib., 2.
- Formam esse actum materiæ, et partem compositi, non dicit in illa duas sed unicam tantum rationem. 522, 3.
- Formæ materiales existere possunt sine materia, solum ex divina virtute; immateriales vero id naturaliter habent. 532, 1 et seq.
- Formæ plures homogeneæ partiales in eodem composito reperiuntur. 536, 1.
- Forma cadaveris quam causam habeat suæ introductionis in materia quæ præfuit viventis. 540, 15.
- Formæ elementorum non manent formaliter in misto, nec secundum diversas partes materiæ, nec in eadem; manent tamen virtualiter, et secundum accidentales proprietates formaliter. 547, 40 et seq.
- Formæ elementorum perfectissime substantiales. 549, 43.
- Formis substantialibus repugnat intensio. ib., 44.
- Formæ misti ab elementorum formis distinctæ. 550, 48.
- Formas plures non subordinatas, licet eandem materiam actuare supernaturaliter non repugnet, implicat tamen naturaliter. 553, 59-60.
- Formarum pluralitatem in eodem composito repugnare, post longam discussionem concluditur. 554, 61 et seq.
- Forma substantialis propriam et principalem habet efficientiam ad educationem similis formæ de potentia materiæ, quæ tamen accidentis efficientiam non excludit, et cur. 606, 22.
- Forma substantialis materialis constituit suppositum potens efficere. ib., 23.
- Formæ multitudo vim agendi auget, licet ad intensiorem effectum non conferat. 676, 27.
- Formæ quæ multitudo ad hoc conferat, quæ vero non. ib., 28.
- De quo etiam vide dicta in verb. AGENS. XXV.
- Formæ divisio in a qua, ex qua, et ad quam traditur et exponitur.
- A forma substantiali quomodo pendeant accidentia compositi, vide ACCIDENS.
- Forma substantialis an effective producat ab accidente, vide ACCIDENS.
- FORMA ACCIDENTALIS.**
- Formæ inhærentes subjecto quanto, qualiter extendantur. XXV, 489, 49.
- Formæ artificiales a naturalibus et supernaturalibus distinctæ non dantur. 575, 3.
- Formæ artificiales de potentia subjecti educuntur. 579, 17-18.
- FORMA METAPHYSICA.**
- Forma metaphysica dicitur tota rei essentia, et cur. XXV, 558, 3.
- Forma methaphysica naturæ nomine appellatur. ib., 4.
- Forma metaphysica nullam causalitatem exercet, neque circa compositum, nec circa substantiam. 559, 7.
- Formæ metaphysicæ nulla materia proprie respondet. 560, 9.
- Forma metaphysica unica tantum est in unico composito. ib., 10.
- Forma metaphysica speciei non includit individualia principia; secus metaphysica forma individui. ib., 11.
- Forma metaphysica secundum rationem (quæ logica appellatur) proprius de differentia, nonnunquam etiam de genere dicitur. 561, 12.
- Formæ metaphysicæ in eodem subjecto multiplicantur. 562, 18.
- Quæ formæ habeant contrarium, vel illo careant. XXVI, 747, 2 et seq.
- Vide CONTRARIETATES. XXVI.
- Quæ formæ intendi non possint, et cur. 766, 1 et seq.
- Vide INTENSIO. XXVI.
- Quando et quomodo forma denominet. 730, 9.
- Vide DENOMINATIO. XXVI.
- Formæ individuatio unde sumenda. Vide PRINCIPIUM INDIVIDUATIONIS. XXVI.
- Formæ substantiales qualiter accidentia compositi causent. Vide ACCIDENS. ib.
- FORMÆ SACRAMENTORUM.**
- Vide SACRAMENTUM, SACRAMENTA NOVÆ LEGIS, et singula sacramenta, § Forma. XX.
- FORMIDO.**
- Formido ex parte intellectus, quæ non impediatur orationem. XIV, 92, 7.
- FORNICATIO.**
- Fornicatio simplex, in ecclesia occulte facta, est sacrilega. XIII, 406, 4.
- FORTITUDO.**
- Fortitudinis donum actuale specie distinguitur ab actu fortitudinis infusæ. VII, 690, 10-11.
- FORTUNA.**
- De fortuna effectuque fortuito eadem ac de casu et casuali effectu ratio. XXV, 744, 9.

Fortuna et casus qui differant. ib.
 Fortunæ effectus divinæ subjacent voluntati. 744, 10.

FORUS, FORUM.

Forus quid significet. V, 237, 2.
 Forum duplex, ecclesiasticum et civile. ib.
 Fori mixti qui dicuntur. 372, 11-13.
 Forum quid. VI, 153, 9.
 Forum et stylus quomodo differunt. 153, 10.
 Forum an comprehendat leges scriptas et non scriptas. ib., 11.
 Forum internum conscientiae et poenitentiae, an coincident. 248, 13.
 Forum poenitentiale et contentiosum, quomodo differunt. 249, 14.
 Causa decimarum ad forum ecclesiasticum pertinet. XIII, 240, 16.
 Spiritualia et spiritualibus annexa pertinent ad forum ecclesiasticum. ib.
 Censurae absolutio in foro conscientiae, quid sit, et in quo differat ab absoluteione in foro externo. Explicanturque hujusmodi fora. XVI, 995, 31 et seq.
 Triplici titulo potest quis fieri subditus alieno Episcopo in foro contentioso. XXIII, 166, 2.

FRACTIO.

Divisionem et discontinuationem partium essentialiter importat. XXI, 63, 14.
 Vide GENÆ NOX, et MISSA, § Essentia, et § Missæ ritus. XXI.

S. FRANCISCUS, MINORUM FUNDATOR.

Vide MINORUM ORDO. XVI.

S. FRANCISCUS XAVERIUS.

S. Franciscus Xaverius ob singularem prædicationis et vitæ suæ rationem, nomen Apostolorum sibi et suæ religioni promeruit in Lusitania et India Orientali. XVI, 357, 7.

FRATER.

Fratrum dissidentium non sunt acceptandæ oblationes. XIII, 103, 9.
 Frater tenetur non ingredi religionem, et subvenire fratribus adhuc sub cura parentis existentibus ratione parentis; non tenetur vero si fratres sumantur per se separati a parente. XV, 321, 3-4.
 Est tamen valde rationabile etiam in hoc casu differre per aliquod tempus religionis ingressum. 321, 4-5.
 Si frater habeat votum religionis, non potest licite ob gravem fratrum necessitatem differre ingressum sine dispensatione. ib., 5.

FRATRES CHRISTI.

Fratres Christi in Evangelio quid. XIX, 91, 5.
 Mariæ Virginis filii non fuerunt. ib.
 Neque Josephi. 92, 9.
 Fratres Christi dicuntur propter consanguinitatem veram, vel existimatam. 93, 11.
 Quatuor modis aliqui dicuntur fratres in sacra Scriptura. ib.
 Fratres Christi dicti quo gradu fuerint ejus consanguinei. 94, 12.

FRIGUS.

Frigore an torqueantur damnati in inferno. II, 1016, 22 et seq.

FRUCTUS.

Fructus beatorum qui et quales. IV, 133, 3.
 De fructibus arborum solvebantur primitiæ. XIII, 111, 11.
 Qui fructus dicantur a juristis naturales, et qui industriales. 114, 4.
 Fructus orationis alius proprius, alius communis. XIV, 84, 1.
 Fructus ecclesiastici sine beneficio an obligent ad recitandum. 374.

FRUCTUS SPIRITUS SANCTI.

Fructus Spiritus Sancti actus et opera virtutum præsertim significant. VII, 701, 25.
 A virtutum et donorum actibus in iisdem materiis non distinguuntur. 702, 26.
 Cur fidem, spem et prudentiam inter fructus Spiritus Sancti Apostolus non numeret, ad Galatas. ib., 28.

FRUITIO.

Fruitio non est proprie propter finem, et cur. IV, 19, 4.
 Fruitio beatorum tam pertinet ad amorem amicitiae quam concupiscentiæ. 112, 2-3.
 Fruitio sequitur amorem necessario, non tamen impedibiliter divinitus. 113, 3.
 Fruitio nis beatificæ objectum est immediate tam visio quam Deus ipse, et late probatur. 114, 7.
 Fruitio non potest de lege ordinaria terminari ad Deum et non ad visionem, et cur. 115, 10.
 Est supernaturalis. ib., 11.
 Elicitur in patria ab habitu spei. ib., 12.
 Fruens necessario habet tres actus, amorem, possessionem et gaudium. 251, 4.
 Fruitio non spectat per se ad ordinem intentionis. 243, 9.
 Fruitio ab amore distinguitur. 251, 6.
 Et sola est gaudium formaliter, licet interdum vocetur consecutio. 252, 7.
 Fruitio a voluntate effective elicitur. ib., 9.

Et est etiam de bonis alterius, ac adeo, non pertinet solum ad concupiscentiam, potest etiam esse de re supposito distincta a fruente. 254, 6.
Fruitio de fine consecuto re ipsa, et de habito in spe, an specie distinguantur. ib., 7 et seq.

FRUMENTUM.

Hæc vox licet per antonomasiam triticum significet, comprehendit tamen generaliter omnia semina, quæ falce metuntur. XX, 803, 1.
Vide EUCHARISTIA, § Materia. XX.

FUGA, FUGERE.

Fugere in persecutione per se loquendo licitum esse, de fide est. XII, 389, 9.
Fugere persequentes ob fidem aliquando non præcipitur, sed tamen licet. 390, 11.
Fuga in tempore persecutionis pastoribus est aliquando prohibita. ib., 12.
Nonnunquam etiam non pastoribus. ib.
In carcere ob fidem detento an liceat inde fugere. 390, 11.

FUGITIVUS RELIGIOSUS.

Vide RELIGIOSUS FUGITIVUS. XVI.

FULGENTIUS.

D. Fulgentii opera recensentur. VII, 321, 25.
Ejus doctrina de gratia contra Semipelagianos magnopere laudatur. ib.
Illius maxima auctoritas post Augustinum et Prosperum. ib.

FUNERALIA.

Quos actus habent spirituales. XIII, 707, 7.

FURIOSUS.

Vide AMENTES. IV.

FURTUM.

In materia furti, duplex quantitas consideranda. XV, 576, 5.
Quæ quantitas in furto sufficiat ad peccatum mortale, referuntur variæ opiniones. 577, 6.
Vide PAUPERITAS SOLEMNIS. XV. SPOLIA. V.
Ubi reservatur peccatum furti de rebus monasterii, non tantum intelligitur furtum de rebus ad usum particularem alicujus religiosi nondum applicatis, sed etiam de jam applicatis. XV, 204, 11.

FUTURUM.

Futurum quomodo extrinsece Deo tribuatur. I. 57. 7.
Vide BEATUS. I.
Futura, quæ ex causis naturalibus inimpedibiliter proveniunt, per easdem possunt ab Angelis præcognosci. II, 143, 4.

Quid de futuris naturaliter, sed tamen impedibiliter. ib., et seq.

Futura, quæ ex causis liberis, divina vel creata, pendent, non posse in ipsis causis ab intellectu creato certo cognosci, de fide est. 148, 12 et s.
Conjecturaliter tamen nonnulla cognosci possunt. 152, 23.

Futura eadem nec directe, et in seipsis, posse Angelos naturaliter scire etiam de fide est. 153, 2-3.
Cur id nequeant. 154, 4 et seq.

Nullam dari rationem a priori quidam putant. ib. 6.
Vera ratio. 155, 8 et seq.

Futura cur non videant Angeli, sicut præsentia, cum utrorumque sint species eadem, variæ opiniones ponuntur, et refutantur. 157, 2 et seq.
Vera statuitur. 161, 13.

An saltem supernaturaliter, extra visionem, possint Angeli futura in seipsis præscire. 156, 11.

Futurorum certa cognitio in seipsis est propria Dei. 155, 8 — 162, 16.

Futura aliqua contingentia vident Angeli in Verbo. 654, 12.

Circa cognitionem futurorum errare non possent Angeli, nisi jam peccatores. 812, 11.

FUTURUM CONTINGENS.

Futurorum præscientia non est ratio vel causa quod res futura sit. VII, 43, 28.

Futura contingentia per scientiam conditionatam Deus infallibiliter cognoscit. 48, 6.

Idque ante ullum suæ voluntatis decretum. ib.
Hanc sententiam Societatis Patres semper docuerunt. 49, 7.

Rem esse in causa, non est esse futuram. 86, 4.
Denominatio futuri non solum desumitur ex efficaci voluntate Dei. 87, 5.

Rem esse futuram formaliter consistit in transitu rei ab esse quod habet in causa, ad illud quod in se habitura est. 88, 7.

Contingentia quid addat futuritioni. 89, 9.
Quæ indifferentia sit de ratione futuri contingentis. ib., 10.

Circa determinatam veritatem futurorum contingentium erravit Aristoteles. 90, 11-12-13.

Veritas futurorum contingentium non desumitur ex determinatione causæ in actu primo constitutæ. 91, 14.

Contingentia effectus futuri in causa necessaria invenitur passive, in libera active, intrinsece. ib., 15.

Futura libera habent determinationem suæ veritatis in causa prout libere determinabitur in actu secundo. 92, 18.

Futura conditionata non sunt vera in vi illationis ex causa, neque in illa cognosci possunt infallibiliter. 93, 20.

- Habent determinatam veritatem. 94, 21.
 Quo sensu illam habeant. 95, 24.
 Futura neque absoluta, neque determinata, pendent ex voluntate Dei prædeterminante. 110, 7.
 Ex eo quod Deus cognoscat conditionata indeterminate vera ante decretum suæ voluntatis, non sequitur illa cognoscere ut necessaria, vel futura ex causa extrinseca prædeterminante voluntatem. 112, 10.
 Effectus mere naturalis contingens potest cognosci in causa positus requisitis, et sublatis impedimentis. 91, 16.
 Secus de effectibus libere contingentibus. 92, 17.
 Actus non potest prævideri absolute futurus, nisi potentia ad illum simpliciter supponatur. 48, 6.
 Causalis hæc : ideo res futuræ sunt, quia Deus præscit futuras, falsa est de scientia visionis. 126, 26.
 Illative tamen vera est. 123, 23 — 128, 33.
 Futura contingentia propriissime ex liberis actibus pendent. XVIII, 42, 1.
 Futura contingentia cognoscere, licet proprium Dei sit, per lumen tamen supernaturale a creatura cognosci possunt. ib., 2.
 Futura contingentia cognoscere, ad consummatum prophetiæ donum et munus doctoris perfecte exercendum, necessarium. 43, 5.
 Futura contingentia quomodo Christus cognoverit per modum intuitivæ cognitionis. 44, 7.
 Futurum omnium cognitio in determinationem divinæ voluntatis revocanda non est. ib., 8.
 Futuram rem esse, nihil reale ponit in re possibili; quod sit repræsentabile per aliquam imaginem objectivam. ib.
 Futura contingentia per scientiam infusam Christi abstractivè cognosci potuerunt. 45, 11.
 Futura contingentia non possunt naturaliter certo cognosci a creaturis. XXVI, 461, 9.
 Quomodo cognoscantur a Deo, vide DEUS. XXVI.

G

GABELLA.

- Gabella quid significet. XXIII, 519, 42.
 Pro reliquis, vide TRIBUTUM. XXIII.

GABRIEL ANGELUS.

- Gabriel sitne ex Angelis assistentibus. II, 694, 30.
 Gabrielem Incarnationis nuntium fuisse supremum, vel ex supremis Seraphinis. 699, 46.
 Probabilius fuisse Archangelum ex secundo ordine ab infimo. ib.
 Gabriel fuit immediate illuminatus a Deo de sua legatione ad Virginem, ignota etiam superioribus Angelis, ex Bernardo. 731, 16.
 Gabriel illuminavit virginem Mariam visibiliter, Zachariam et Danielelem. 738, 5.
 Fuit custos Deiparæ virginis. 759, 10.
 Vide ANGELUS GABRIEL. XIX.

GAUDIUM.

- In voluntate divina est proprie gaudium de bonis creaturarum. I, 218, 4.
 Vide BEATITUDO, CHRISTUS, et DÆMON. II.
 Gaudium non est de essentia beatitudinis, sed ex ea sequitur : non est ultimum quid, et est honesta, quia operatio est honesta, nec per se primo extenditur a beato : attingit Deum ut jam adeptum, et ideo jam non ultimus finis, vocatur tamen interdum beatitudo gaudium ab effectu. IV, 84, 43.

- Gaudium est in potentia appetente. 254, 5.
 Gaudium an sit actus necessarius, an sit volitio. 252, 10.
 Gaudium et fruitio proprie spectant ad delectationem voluntatis. ib., 11.
 Gaudium capi potest de medio, ratio tamen gaudendi est finis ipse. 253, 2 et seq.
 Amor est perfectior gaudio. 255, 4.
 Gaudium, vide FRUITIO. IV.
 Gaudium de Deo duplex : amicitiae, scilicet, et concupiscentiæ. Utriusque ratio explicatur. VII, 648, 12.

GELASIVS.

- Gelasii Romani Pontificis pro tuenda Gratia studium et scripta. VII, 281, 22.

GENEALOGIA.

- De Genealogia Christi, vide CHRISTI GENEALOGIA. XIX.
 De Genealogia B. Virginis, vide MARIE GENEALOGIA. XIX.

GENERALIS RELIGIONIS.

- Generales religionum per electionem sunt creandi, et cur de facto ita creentur. XVI, 92, 2.
 An etiam primi cujusque religionis generales potuerint vere creari per electionem; et an de facto ita creati sint aliqui. 96, 3-4.
 Generalium electio, ut legitima sit, quas conditiones requirat, vide ELECTIO. XVI.

- Generales religionum, quinam sint perpetui, et qui temporales, et horum quam varia duratio in singulis religionibus. 129, 1 et seq.
- Generalis totius religionis, an et quomodo obligetur statutis latis in Capitulo seu Congregatione generali. 139, 18.
- An etiam ligetur legibus a se conditis, si eas possit condere. 140, 19.
- Præpositus generalis Societatis perpetuus est; idque maxime Societati conveniens esse. 1063, 1 et seq.
- Potestatem habet constituendi reliquos superiores Societatis sibi inferiores. 1063, 1.
- Utrum possit hanc potestatem alteri delegare; an per se ipsum saltem provinciales debeat eligere. ib., 2.
- Quanta et qualis sit ejus potestas in suos subditos, et ad quos præcipue actus extendatur. 1074, 6.
- Utrum hæc potestas ei conferatur immediate a Congregatione generali a qua eligitur; an a Summo Pontifice. ib., 7 et seq.
- Utrum Congregatio generalis eam possit restringere. 1075, 8 et seq.
- Præpositus Generalis Societatis potest condere ordinationes communes toti religioni, et quem vigorem et stabilitatem habeant mortuo conditore. 1143, 14.
- Habet potestatem interpretandi Constitutiones Societatis; et quantum valeat ejus interpretatio. ib., 15.
- Præpositus generalis Societatis, quam potestatem habeat ad dimittendos professos, vel eis licentiam concedendam ad transitum ad alias religiones. 1151, 1 et seq.
- Utrum hujusmodi potestas ad dimissionem professorum limitari vel reservari possit a Congregatione generali. 1154 11.
- Quid possit Generalis Societatis in administratione bonorum Societatis, vide ALIENATIO, et BONA. XVI.
- GENERANS, GENERATIO.**
- Generatio Filii est actus mere naturalis nullo modo a voluntate procedens. I, 678, 3.
- Generatio æterna Filii est actus Patris voluntarius. 679, 2.
- Generatio est voluntaria per actum ratione distinctum, spiratio vero seipsa. 680, 8.
- Generans et generatio realiter distinguuntur. 688, 10.
- Generatio duobus modis sumitur. 720, 4.
- Generationis definitio explanatur. ib.
- Generatio vera est processio Verbi Divini. ib., 2.
- Generationes rerum, numero electorum completo, esse desinent. 272, 43.
- Vide PRODUCTIO. I.
- Generatio unius est corruptio alterius, quomodo intelligendum. II, 487, 6.
- Generare an et quomodo queant Angeli. 533, 9 et seq.
- Generationum et corruptionum successionem non potuisse esse ab æterno demonstratur. III, 11, 9 et seq.
- Generationis modus duplex specierum imperfectarum. 12, 13.
- Generatione naturali homines in statu innocentie multiplicarentur. 382, 6.
- Et per singulos actus generandi singuli generarentur. 389, 2.
- Vide FEMINA. III.
- In qua perfectione generandi essent homines in statu innocentie, vide INNOCENTIE STATUS. III.
- A generante quomodo dicantur produci proprietates et potentie. 583, 11.
- Generatio substantialis est peculiariter propria viventium. 593, 1 et seq.
- Solis, non tamen omnibus competit. 594, 4.
- Generationis presse sumptæ germana definitio explicatur. ib., 3.
- Generatio sui similis quomodo naturalissimum opus viventium. ib., 4 et seq.
- Generationi non sunt propensiora viventia, quam nutritioni. ib., 6.
- Generatio non est essentialiter nutritione perfectior. ib.
- Generare cur nequeant substantiæ separatæ. 595, 8.
- Generatio perfectorum viventium, quo modo, et ordine perficiatur. 596, 2 et seq.
- Generare sibi simile non omnia viventia possunt. 609, 1.
- Generandi potentia quæ viventia careant. ib.
- Vide POTENTIA. III.
- Generationem an etiam femina effective attingat. ib., 2-3.
- Quæ per generationem ex semine fiunt, an ejusdem speciei cum his quæ ex putri materia. 610, 5.
- An quæ generantur ex semine possint fieri ex putri materia. ib., 6.
- Hæreticum, hominum generationes fatali necessitate provenire ex astrorum constellatione. XIX, 247, 1.
- Generatio substantialis in materia prima subjecatur. 193, 2.
- Generatio substantialis hominis successive fieri potest divina virtute. 733, 1 et seq.
- Alia, vide verbo CONCEPTIO. XIX.
- Generatio nequit, etiam de potentia absoluta, extra subjectum conservari. XXV, 430, 7.
- Generatio solum dici potest terminus alterationis extrinsecus, propter immediatam consecutionem et concomitantiam. 603, 17.

Generatio et alteratio diversæ sunt. 604, 18.
 Generationes imperfectorum mistorum, et aliarum substantiarum, quæ in absentia proprie substantialis causæ fieri videntur, quam causam habeant. Vide ACCIDENS. XXV.

GENNADIUS.

Gennadius temere dixit Cassianum a sancto Prospero fuisse infamatum. VII, 244, 14.
 An fuerit Semipelagianus, non liquet, Catholicus tamen obiit. 250, 33 et seq.

GENTES.

Gentes aliquando morale bonum operantur, ex sola ordinaria providentia. VII, 416, 41.

GENTILES.

Vide COACTIO. VI.
 Falsa religio apud eos est. XIII, 7, 3.
 Gentiles sacrificia semper habuerunt. 88, 4.
 Aliquando ex voto vel gratiarum actione decimas solvebant. 114, 5.
 Gentiles an teneantur ad decimas, vide verbum DECIMÆ.
 Dies septima religiose observata, etiam apud Gentiles. 244, 3.
 Non est certum non fuisse Evangelium gentibus prædicatum ante revelationem Petro factam. 288, 14.
 Plato et alii unum summum Deum, et alios minores, colebant. 484, 6.
 Quid Gentiles sub Dei nomine intelligerent. 483, 8 et seq.
 Non statuas nudas adorabant, sed ratione alterius rei. 486, 11.
 Quomodo existimare possunt dari plura numina. ib.
 Qui gentiles philosophi commiserint idololatriam solum externam. 494, 7-8.
 Ecclesia non potest statuere pœnam hominibus non baptizatis pro idololatria. 498, 20.

GENUFLEXIO.

Ordinarie fit ad hominem uno, ad Deum vero utroque genu. XIII, 85, 8.
 Utrumque genu Pontifici flectitur. ib.
 Genuflexio oranti commendatur. XIV, 137, 21 et seq.

GENUS.

Genera generalissima dicuntur conceptus simplices, et nihilominus ab eis communis ratio entis abstrahi potest. XXV, 101, 10.
 Generis immediata individua, ut ratione distincta concipiuntur, fundamentum est in rebus, secus ut ex natura rei. 242, 19.
 Generis individuum, sive materiale, sive spirituale,

nequit in re conservari sine propria et specifica differentia. 408, 20.

Genus et differentia essentias dicuntur secundum rationem diversas, non ex natura rei. 243, 23.
 Quod sufficit ut unum sit extra rationem alterius. ib.

Genus, prout est in una specie, esse separabile in re a differentia alterius speciei, nihil obstat ejus identificationi cum propria differentia in unaquaque specie. 244, 25.

Genus quo sensu verum sit a materia sumi. 248, 4.
 Generis et differentia, compositionisque ex eis resultantis, cum materia et forma, earumque compositione, elegans comparatio. 561, 14-15.
 Genus qualiter de tota prædicetur specie. 562, 16.
 Generis major perfectio et nobilitas, undesumenda. 442, 11.

Genus et differentia dicuntur rationes limitatas, quarum una esse debet extra rationem alterius, et ideo in re simpliciter infinita, inveniri non possunt. XXVI, 84, 32.

Generis ab specie et differentia distinctio. Vide PRÆDICATA ESSENTIALIA. XXV.

Generis abstracta, eorumque prædicatio. Vide ABSTRACTIO. XXV.

GIEZI.

Vide SIMONIA. XIII.

GIGANTES.

Vide DEMONES. II.

GLORIA.

In gloria duo distinguuntur. I, 439, 27.
 Gloriæ effectus primus est in intentione, postremus in executione. 460, 1.
 Ad gloriam quid per se ordinatur. 244, 8.
 Gloriantur an gratia prædestinationis sit terminus, 247, 9 et seq.
 Ad gloriam adipiscendam Dei decretum non est intrinsece necessarium. 271, 40.
 Gloriam tribuendi decretum plura objecta determinata sub se continet. 261, 4.
 Gloria essentialis, et bona omnia, quæ ad illam in beatitudine consequuntur, sunt prædestinationis effectus. 460, 2.
 Gloriam in hoc statu consequi naturam humanam convenientius judicavit Deus, quam in statu innocentia eam absque peccato conservare. 241, 8.

Vide BEATITUDO. I. II.

Gloria Deo solum et creaturis rationalibus impenditur. IX, 308, 4.

Gloriæ definitio. 308, 3.

Gloria Dei est causa finalis gratiæ habitualis, sive nostræ justificationis. ib., 2 et seq.

Similiter etiam gloria Christi. 309, 6 — 313, 1 —
311, 11 et seq.

Est etiam causa finalis omnium donorum super-
naturalium. 311, 9.

Gloria est Deo aliquid extrinsecum. 312, 12.

Non est illi utile, licet illum maxime deceat. *ib.*, 13.

Dupliciter consideratur respectu Dei. *ib.*

Gloriam quam Deus intendit ex collatione gratiæ,
est potius bonum hominis quam Dei. *ib.*

Deus de potentia absoluta per suam voluntatem
acceptare potest hominem ad gloriam, quin
illi velit gratiam habitualement conferre. 112, 12
et seq.

Gloria non respondet charitati, vide CHARITAS. IX.

Respondet gratiæ, vide GRATIA. IX.

Acceptatio ad gloriam, vide GRATIA. IX.

Gloria et prima gloria quomodo cadat sub meri-
tum, vide MERITUM. IX.

Quæ sit prima gloria. X, 174, 2.

Cur gloria dicatur merces operum bonorum, non
vero gratia. 176, 9 — 185, 28..

Non solum ad gloriam consequendam sed etiam
ad credendum datur vocatio efficax et congrua.

306, 1.

Gloria datur adultis ex duplici titulo, hæreditatis
et mercedis. XI, 466.

Gloria Patri, et Filio, etc., in fine psalmorum
inculcatur. XIV, 373, 11.

Gloriam corporis nemo mereri potest sine gloria
animæ, nisi hanc prius habeat. XVIII, 348, 3.

Vide GRATIA, VISIO, BEATITUDO, FELICITAS, LUMEN
GLORIÆ. XVIII.

GLORIATIO.

Gloriatio de bonis operibus, etiamsi esset licita,
non tamen semper est expediens. XI, 282, 14.

GOTHESCALCUS.

Gothescalcus hæresis prædestinatorum auctor.
VII, 308, 3.

GRADUS.

Gradus in Societate, quando et sub qua obliga-
tione acceptandus a religiosis non professis.
794, 1 et seq.

Vide PROMISSIO. XVI.

Gradus personarum Societatis, quot sint, et quæ
inter illos distinctio. 923, 1 et seq.

Gradus litterarii, ut doctoratus, etc., vide STUDIA.
XVI.

GRÆCUS ET GRÆCA ECCLESIA.

Græcus ad Latinorum ritus cur non teneatur,
quando inter eos est. XIII, 312, 26.

Græci qui ad obedientiam Ecclesiæ redeunt non
iterum baptizantur. XX, 350, 4.

Non ideo Græci sunt schismatici, quia in fermento
consecrant. 812, 12.

Debent consecrare in fermentato in templis suis. *ib.*

Quando et quomodo liceat sacerdoti Græco pere-
grinanti in Ecclesia latina, et ei, qui domicilium
omnino mutavit, consecrare in fermentato.

812, 13.

Posset in propria Ecclesia consecrare in azymo,
ex gravi necessitate, non vero Latinus in fer-
mentato. 814, 15.

Græci miscent vino aquam in consecratione cali-
cis, secus Armeni. 822, 2.

Fuisse apud Græcos consuetudinem non conse-
crandi in quadragesima nisi Dominicis diebus
et Sabbathis, non satis ex Laodicensi Concilio
colligitur. XXI, 664, 6.

GRANDIMONTENSIS ORDO.

Grandimontensis ordinis fundator quis. 315, 2.

Quando cœperit, et sub qua regula. *ib.*, 3-4.

GRATIA.

Gratia est participatio divinæ naturæ. I, 117, 5.

Gratia dupliciter accipitur. 323, 6.

Gratiæ triplex significatio. 310, 3.

Gratia in tota sua generalitate increata esse
potest. 312, 9.

Non solum unionis, sed etiam justificationis gra-
tia, ut est donum gratuitum, increata esse
potest. *ib.*

Hæc datur dono creato conjuncto. *ib.*

Gratiæ prædestinationisque duplex discrimen.
309, 1.

Gratia habitualis a solo Deo infunditur. 323, 6.

Gratia Dei sic dogmatice appellata non solum de-
bitum justitiæ, sed etiam connaturalitatis ex-
cludit. 346, 34.

An gratia gloriave sit prædestinationis terminus.
247, 9 et seq.

Gratiæ gratis datæ triplex acceptio. 379, 6.

Gratiæ omnes non dantur absque nostra disposi-
tione. 272, 47.

Gratiæ efficacia bifariam sumitur. 484, 8.

Quæ pendeat a libero arbitrio, aut quæ illi agendi
præbeat virtutem. *ib.*, 9.

Confirmatio in gratia ultra commune perseveran-
tiæ donum aliquid aliud addit. *ib.*, 11.

Ad gratiæ perseverantiam necessarium est auxi-
lium speciale Dei. 492, 6.

Gratia finalis, ut finalis est, prædestinationis est
effectus. 461, 5.

Ut gratia prædestinationis effectus annumeretur,
non est necesse ut maneat in patria. 463, 6.

Primum gratiæ auxilium vocatio ut supernaturalis,
qualiscumque sit, non datur homini in tempore

- ex meritis prævisis, etsi supernaturalia futura sint. 422, 18.
- Gratia, vocatiove non datur propter ingenium, sed est dispositio ut homo fiat ad gratiam idoneus. 474, 11.
- Gratia justitiæque amissa posset prædestinationis effectus esse, licet per pœnitentiam non reparetur, dummodo juvaret ad comparandam beatitudinem. 464, 7.
- Gratia est ejusdem speciei in angelis et in hominibus. 117, 3.
- Ad gratiam natura intellectualis solum est in potentia obedientiali. ib.
- In viâ est inæqualitas in gratia essentiali, non vero inæqualitas essentialis. 118, 12.
- Gratia prævia interna indita voluntati ad bona opera moralia non est necessaria. 400, 11.
- Gratia duplex ad actum hominis concurrit. 467, 10.
- Juxta quam verum sit Deum nova actione in nobis, et nobiscum nostram efficere cooperationem. ib.
- Ex supernaturalitate visionis beatæ colligitur necessitas gratiæ. 70, 3.
- Gratia alia entitative supernaturalis, alia extrinsece solum, utpote ad finem supernaturalem ordinata. II, 366, 2.
- Neutra est necessaria Angelis ad finem naturalem consequendum. ib., 3 et seq.
- Supernaturalis tamen gratia ad finem supernaturalem assequendum requiritur. 368, 8 et seq.
- Gratiam non fuisse datam Angelis in primo instanti, dixerunt aliqui. 378, 1-2.
- Probabilius oppositum. 379, 4 et seq.
- Datae sunt etiam virtutes gratiæ comites, donaque Spiritus sancti, saltem quoad habitum. 381, 10 et seq.
- Gratiæ, ac cæterarum virtutum habitus, an dati sint, præeunte in Angelis propria dispositione. Opinio negans. 603, 3.
- Verior affirmans. 606, 4 et seq.
- Primus actus gratiæ non fuit in Angelis ab habitu elicitus. 603, 2 — 607, 1.
- Sed ex actuali auxilio non solum cooperante, sed etiam excitante. 607, 2 et seq.
- Primam gratiam mereri non potuerunt Angeli, nisi de congruo. 610, 12.
- Gratiam inæqualem receperunt Angeli in primo instanti creationis. 611, 1-2.
- Eamque juxta inæqualitatem suarum naturarum. ib., 3.
- Quod est solum probabile. 613, 7 et seq.
- Non est tamen data juxta inæqualitatem bonorum actuum naturalium. 614, 10.
- Gratiam etiam efficacem contulit Deus omnibus Angelis in primo instanti. 616, 17.
- Gratia ad perseverandum est Angelis necessaria. 626, 7.
- Gratiam excitantem et comitantem receperunt Angeli sancti in secundo instanti, non vero mali. 629, 18.
- Gratia viatoris aliquando intensior, quam comprehensoris. 637, 13.
- Gratia habitualis non determinat voluntatem ad bonum. 808, 19.
- Quid de gratia actuali hac in parte. ib.
- Gratiam sanctificantem, seu ejus actus, evidenter in se potest Angelus experiri, non tamen quidditative videre. 301, 37.
- Vide etiam AUXILIUM. II.
- Gratiam sanctificantem Adamo collatam, ante lapsum, fides docet. III, 283, 2 et seq.
- Non fuisse collatam in primo instanti, qui velint. 283, 3.
- Oppositum probatur. 286, 9 et seq.
- Imo et omnes virtutes gratiæ comites tunc recepisse. 290, 1.
- Non tamen gratiam consummatam. 291, 3.
- Nullos actus gratiæ elicuisse Adamum in primo instanti, qui putent. 293, 2.
- Propriis tamen actibus in instanti fuisse justificatum, verius. ib.
- Qui actus ab habitibus non fuerunt elicitum, sed per actualia auxilia. 297, 8.
- An de congruo merere primam gratiam habitualement, et gloriam de condigno. ib.
- Per gratiam Christi quomodo sanctificatus Adam. ib., 9 et seq.
- In gratia crescere potuit Adam toto tempore ante lapsum, ejusque augmentum et gloriam de condigno mereri. 298, 12.
- Imo de facto id sæpe fecisse credibile est. 299, 13.
- In gratia nascerentur omnes in statu innocentiae. 419, 2 et seq.
- Non tamen in gratia confirmati : imo nec confirmarentur post primam tentationem superatam. 427, 1 et seq.
- Prima gratia infantium in statu innocentiae foretne intensior, quam in hoc statu. 433, 3 et seq.
- Quid de prima gratia justificante adultorum. 436, 6.
- Actus charitatis in statu innocentiae neque ex vi status, neque ex parte gratiæ fuisset efficacior ad meritum, quam modo. 437, 10 et seq.
- Vide etiam INNOCENTILE STATUS. III.
- Gratia ex opere operato an uberior in statu innocentiae quam nunc. 442, 29.
- Gratia quomodo inamissibilis in patria. IV, 61, 16.
- Gratia consummata quid. ib.
- Gratia an augeat vel minuat voluntarium. 209, 17.
- Gratia est principium internum operationum ad quas juvat. VII, Procem. 8, 2.
- Gratiæ etymologia. 130, 2-3.
- Gratiæ excitantis motus libertatis sunt expertes. 34, 3.

- Gratia solum significat dona supernaturalia vel quoad substantiam, vel quoad modum, 133, 3 — 134, 7.
- Omnis gratia Dei est gratia Christi. 135, 9-10.
- Gratia increata, quæ dicitur. 137, 2 et seq.
- Omnis creata datur in tempore. 138, 6.
- Increata non omnis communicatur in tempore. ib., 7.
- Gratiæ nomine simpliciter venit temporalis. 139, 9.
- Et gratia gratum faciens. 172, 1.
- Gratiæ divisio in internam et externam. 139, 10-11.
- Gratia gratis data et gratum faciens late exponitur. 142, 1 et seq.
- Gratiæ gratis datæ communes sunt peccatoribus et justis. 143, 8-9.
- Gratia gratum faciens includit omnia dona gratiæ, quæ homini ad propriam sanctificationem conferuntur. 147, 13.
- Gratia gratum faciens, quo sensu sit nobilior gratis datis. 148, 19.
- Gratia sanitatum et operatio virtutum quid, et utrum distinguantur. 154, 13 et seq.
- De numero et quidditate harum gratiarum. 149, 1 et seq.
- Gratiæ gratis datæ plures possunt numerari quam novem, nec omnes inter se necessario differunt. 171, 63-64.
- Gratia non fit per creationem. 172, 2.
- Gratiæ nomine actualem et habitualement sæpe Patres intelligunt. 173, 3 et seq.
- Gratiæ sanctificantis divisio in gratiam viæ et patriæ. 174, 7.
- Gratia patriæ est perfectior gratia viæ in suo esse, non tamen in ratione gratiæ. ib.
- Gratia viæ dividitur in eam quæ est in essentia animæ; et in eam quæ residet in potentiis. 175, 8.
- Gratia actualis sanctificans sunt actus supernaturales, et Dei concursus ad illos requisitus. ib., 9.
- Triplex illius divisio. ib., 10.
- Varia illius nomina explicantur. 176, 11-12.
- Gratia præoperans coincidit cum operante. 177, 13.
- Gratiæ prædeterminantis nomen inusitatum et ambiguum. ib.
- Præparantis et prædefinientis gratiæ vox ambigua et generalis. ib., 14.
- Gratia a iustitia originali distinguitur. 196, 1 et s.
- Nec ex se est physicum et connaturale principium iustitiæ originalis. 197, 4.
- Probabile tamen est esse connaturale principium habituum supernaturalium. ib.
- Iustitia originalis quo sensu gratiam includat. 198, 6.
- Quo sensu dici possit gratia. ib., 7.
- Gratia adjuvans ad bene operandum moraliter non est necessario conjuncta cum statu originalis iustitiæ. 199, 10.
- Gratiæ dona revocantur ad actus, habitus et auxilia. 224, 3.
- Gratiæ nomine solam legem, liberum arbitrium, revelationem et doctrinam intelligit Pelagius. 224, 3 — 227, 10.
- Gratiam adoptionis agnovit in parvulis, non tamen in adultis. 225, 5.
- Gratiæ solum tribuebat vim facilitandi ad observantiam legis divinæ. ib., 6.
- Gratiam quæ dat bene posse operari semper negavit. 230, 7.
- Solum admisit gratiam quæ juvet possibilitatem voluntatis atque operis. 231, 11.
- Gratiam internam non agnovit, neque excitationem. 232, 13 et seq.
- Efficacem omnino negavit. 234, 19.
- Gratiam Dei secundum merita hominum docuerunt Semipelagiani. 251, 1.
- Eorum error explicatur. ib., 1 et seq.
- Quid de gratia præveniente. 254, 10.
- Quid de gratiæ adjutorio quoad sufficientiam et efficaciam. 259, 24 et seq.
- Gratiæ initialis nomine quid intelligat Prosper. 261, 28.
- Gratiæ generalis nomine quid intelligant Semipelagiani: quid item nomine specialis. 262, 31-32.
- Gratiæ nomine tam Pelagius quàm Semipelagiani æquivoce usi. 266, 44.
- Gratiam adjuvantem negavit Calvinus. 270, 9.
- Gratiam quibus in locis Scriptura commendat. 273, 1.
- Gratiam dari ad singulos actus, in libr.-August., cap. 11. 336.
- Gratiarum diversitatem a Paulo expressam negavit Pelagius. ib.
- Gratia quot modis necessaria. 355, 1-2.
- Utrum necessaria sit ad omnes veritates cognoscendas. 356, 1 et seq.
- Gratia specialis etiam in statu naturæ lapsæ, vel in puris naturalibus non est necessaria ad cognoscendas veritates naturales divisive sumptas. 357, 5-6.
- Est tamen necessaria ad cognoscendas omnes veritates naturales collective, præsertim sine admixtione erroris. 359, 9.
- Specialis gratia ad veritates etiam naturales cognoscendas non solum est gratia Dei, sed etiam Christi, de facto: de possibili tamen esse aliter potest. 361, 15.
- Gratia omnis in statu innocentiae daretur propter merita Christi. ib.
- Utrum gratia sit necessaria ad omnem cogitationem moralem honestam. 364, 5 — 366, 10 seq.

- Gratia aliqua est sufficiens ut homo lapsus faciat aliqua opera sine ulla malitia. 370, 4.
- Gratia habitualis vel charitas non requiritur ad omne opus bonum. 378, 16.
- Gratia nulla infusa per modum habitus est necessaria ad honestam operationem. ib.
- Necessitas gratiæ ad opera supernaturalia intrinseca dicitur : ad naturalia extrinseca, et cur. 585, 1.
- Intrinseca tam in Angelis quam in homine, etiam in statu naturæ integræ reperitur. ib.
- Homini in statu naturæ lapsæ utraque gratia necessaria. ib., 2.
- Præsertim ad actus voluntatis et intellectus supernaturales. 586, 3.
- Et quomodo. 616, 6.
- Homo tam in statu naturæ integræ, quam in statu originalis justitiæ, posset esse sine gratia sanctificante. 194, 10.
- Justus non indiget nova gratia habituali, imo nec præexistentis augmento ad non peccandum. 716, 5.
- Nec actuali ad singula peccata vitanda, præter illam quæ ad generalem providentiam spectat. ib., 6.
- Homo lapsus, etiam sanatus per gratiam sanctificantem, indiget speciali gratia ad vitanda omnia peccata longo tempore. ib., 7.
- Ad gratiæ conservationem gratia opus est, et qualis. 717, 10.
- Ad primam gratiam auxiliantem non potest homo se disponere. ib., 8.
- Nec ad primam gratiam sanctificantem, sine dispositione supernaturali. ib.
- Gratiæ necessitas ad actum amoris Dei naturalem. Vide AMOR. VII.
- Gratiæ necessitas ad actus fidei. Vide FIDES et VOLUNTAS. ib.
- Quomodo revelatio gratia dicatur. Vide REVELATIO.
- Gratiæ necessitas ut homo bene moraliter operetur. Vide HOMO et OPERATIO, latissime. ib.
- Gratiæ necessitas ad amandum inimicos. 576, 14.
- Gratiæ necessitas ad martyrium. Vide MARTYRIUM. VII.
- Gratiæ necessitas ad servanda præcepta. Vide PRÆCEPTUM, latissime. VII.
- Gratiæ necessitas ad efficiendum et recipiendum Sacramentum. Vide PRÆCEPTUM. VII.
- Gratiæ necessitas ad remissionem peccati. Vide REMISSIO. VII.
- Gratiæ necessitas ad vincendas tentationes. Vide TENTATIO. VII.
- Quid sit et quotuplex internum gratiæ auxilium. VIII, 4.
- Utrum auxilium excitans sit primum in ordine gratiæ sanctificantis adultorum. 9.
- Utrum gratia excitans sit actus vitalis hominis. 12.
- Aliis fundamentis primæ sententiæ satisficit, et quod sit principium proximum efficiens gratiæ excitantis inquiritur. 16.
- Utrum modus gratiæ excitantis sint indeliberati, ita ut ex necessitate, non libertate fiant. 20.
- Utrum gratia excitans in intellectu sit, et quæ sit necessitas vel munus ejus. 22.
- Utrum gratia excitans in voluntate sit, et quæ sit necessitas vel munus ejus. 25.
- Utrum gratia excitans sit necessaria solum ante fidem et alios habitus infusos, vel etiam post illos. 31.
- Duo incidenter dubia de necessitate excitantis gratiæ, tam in natura lapsa quam integra, expediuntur. 43.
- Utrum motus gratiæ excitantis sint in sua entitate supernaturales. 45.
- Utrum præter excitantem gratiam sit necessaria gratia adjuvans ab illa distincta. 60.
- An gratia adjuvans sit actio, vel principium actionis, et quæ sit ejus necessitas. 63.
- Quibus modis differat actualis influxus gratiæ adjuvantis ab excitante gratia. 69.
- Utrum gratia excitans sit principium physice adjuvans, præsertim ubi habitus infusus deest. 73.
- Utrum in homine libere ac supernaturaliter operante sine habitu, principium adjuvans ad talem actum supernaturalem eliciendum sit aliquid creatum animæ infusum. 77.
- Quid sint gratia operans et cooperans, et quomodo ad excitantem et adjuvantem comparentur. 88.
- Quid sit gratia præveniens, comitans et subsequens, et quomodo ad excitantem et adjuvantem comparentur. 99.
- Quomodo gratia præveniens, comitans et subsequens, ad operantem et cooperantem gratiam comparentur. 103.
- Utrum gratia sufficiens sit tantum actualis, vel etiam habitualem includat. 282.
- An et quomodo fidelibus peccatoribus, semper dum vivunt, gratia sufficiens tribuatur, qua converti et justificari possint. 305.
- Difficultas circa superiorem doctrinam proponitur, ejusque occasione tractare incipit axioma : *Facienti quod in se est Deus non denegat gratiam.* 319.
- Tractatur altera sententia præcedenti contraria, negans datam esse a Deo legem dandi auxilium gratiæ facienti quod in se est per vires naturæ, ad servandam legem naturalem. 322.
- Tractatur tertia opinio, quæ partim a præcedentibus recedit, partim cum utraque convenit. 325.

- Propositæ difficultati satisfit, et axioma propositum in vero et catholico sensu explicatur. 328.
- Difficultati capite decimo secundo præpositæ satisfit. 343.
- Objectionibus in capite decimo tertio propositis satisfit. 351.
- Utrum gratiæ efficacia consistat in necessitate quam infert voluntati, ut non libere, sed necessario consentiat. 398.
- Utrum excitans gratia per seipsam et natura sua determinet, saltem moraliter, voluntatem, ideoque talis efficacia auxilii excitantis ad actus liberos et sanctos voluntatis necessaria sit. 422.
- Quid post Augustinum Patres Latini de gratia efficaci senserint. 614.
- Tractatur quæstio appendix, an præveniens auxilium sufficiens, et efficax, possint esse æqualia in duobus hominibus, quorum unus consentit vocationi, et non alter. 630.
- Gratiæ duplex significatum. IX, 92, 1.
- Gratia habitualiter permanens hominibus infunditur. 3, 4 — 72, 6 et seq.
- Gratiæ communicatio est participatio divinæ naturæ, ut natura est. 8, 19 — 40, 5.
- Non tamen prout intellectiva vel volitiva. 70, 2 — 71, 4 — 78, 8.
- Per illam anima deificatur, eique debentur deificæ operationes. 70, 2 — 73, 9.
- Quomodo gratia naturam divinam participet. 101, 26 et seq.
- Gratia est accidens, non substantia. 8, 1 et seq. — 31½, 4-5.
- Est accidens supernaturale in entitate, reale, non rationis. 8, 12.
- Est perfectio excellentissima et intrinseca animæ. 8, 12 — 70, 2.
- Est in sua entitate spiritualis. 9, 4.
- Gratia habet connaturalem habitudinem ad informandam substantiam spirituales. 8, 1 — 38, 13.
- Recipitur vero a subjecto obedientialiter. 38, 13.
- Est accidens absolutum a respectu transcendentali non liberum. 40, 7 — 38, 13.
- Relationem realem fundare potest. 40, 7.
- Gratia excellentius naturam divinam participat quam substantia spiritualis. 40, 5.
- Elevat naturam ad diligendum et amandum Deum perfectius quam ex se possit. ib.
- Et ad alios actus supernaturales. 80, 14 — 163, 14.
- Gratia homines unit Deo quasi vinculum. 40, 5.
- Gratia ad solum prædicamentum qualitatis pertinet. 40, 6-7 — 42, 11.
- Sub specie habitus collocatur. 42, 11.
- Gratiam habituales esse distinctam ab habitibus fidei, spei et charitatis, non est de fide. Gratiam tamen Dei habere, qui tres illos habitus habet, fides catholica est. 42, 1.
- Opinio negans gratiam omnem permanentem adultis infundi, improbabilis semper fuit, et nullius antiqui theologi. 43, 4.
- Contraria vero sententia semper verissima. ib.
- Gratiam permanentem distinctam ab actibus, quibus justificamur, infundi, aliqui de fide esse negant, etiam post Tridentinum. 43, 5.
- De fide tamen tenendum est. 44, 6.
- Gratia sanctificans in omnibus est ejusdem rationis. 45, 7.
- Prima gratia aut per baptismum, aut per pœnitentiam solum, utrumque vel in re vel in voto susceptum, comparatur. 47, 12.
- Quovis ex his modis comparetur, de fide est esse donum habituales. ib. — 48, 14.
- Gratia permanens non est solum necessaria propter peccati expulsionem; sed ut animum sanctum efficiat præcipue confertur. 48, 15.
- Peccati expulsio effectus est connaturalis, sed accidentarius gratiæ habituales. 48, 14-15.
- Per se immediate peccatum ab anima expellit: a voluntate vero mediante charitate. 81, 17.
- Gratia habituales adhuc esset necessario admitenda, etiamsi dilectio Dei vel contritio formaliter peccatum deleret. 48, 15.
- Propter hos actus confertur tanquam propter dispositiones ultimas. ib.
- Gratiæ augmentum per bona opera meremur; hoc non consistit in extrinseco favore vel acceptatione. 48, 16.
- Quomodo intelligendum sit gratiam augeri in esse qualitatis. 44, 15.
- Gratia sanctificans non nisi per lethale peccatum amittitur. 648, 12.
- Gratiæ habituales descriptio. 20, 1.
- Ejus divisio in gratiam sanctificantem et alium habitum per se infusum. ib., 2.
- Gratia habituales sanctificans cæteris præstantior est, et radix aliorum habituum supernaturalium. ib.
- Gratia quæ fit per sacramentum sine illo fieri potest; et quæ per sacramentum fit, sine illo conservatur. 44, 14.
- Gratiam omnes virtutes morales per se infusæ comitantur. 57, 7.
- Comparisonem illarum est instar formæ substantialis. 70, 2 — 79, 8.
- Non tamen illas physice producit. 82, 20.
- Gratia sanctificans distinguitur a fide et spe. 67, 1.
- A charitate tamen non distingui valde probabile est. ib., 2 et seq.
- Probabilius realiter distingui. 69, 7 et seq.
- Charitate perfectior est. 78, 8.

- Gratia non est principium proximum determinatæ operationis. 70, 2 — 71, 3 — 73, 10.
- Est tamen veluti principium principale, licet remotum, omnium operationum virtutum infusurum. 73, 16 — 80, 14.
- Gratiæ correspondet gloria ut hæreditas. 73, 10 — 78, 8.
- De potentia ordinaria illi commensuratur. 121, 8.
- Gratia non in potentiis, sed in substantia animæ immediate inhæret. 74, 13.
- Ab illa materialiter causatur. 102, 28.
- Ratione gratiæ dicimur a Deo intrinsece amari. 76, 2.
- Ad veram amicitiam inter homines et Deum necessaria est. 76, 2 — 95, 10 et seq.
- Gratia per seipsam facit hominem amabilem Deo. 97, 14 et seq.
- Idque non simpliciter sed ex suppositione. 99, 22.
- Gratia facit hominem Deum per participationem, ejusque filium adoptivum. 76, 2 — 106, 3 et seq.
- Gratia in essentiali ratione perfectior est charitate, lumine gloriæ et visione beata. 78, 8-9.
- Imperfectior tamen est forma substantiali. 79, 12.
- Contrarium etiam probabile judicatur. ib.
- Gratia a charitate naturaliter separari nequit. 84, 17.
- Divinitus non repugnat. 82, 18.
- Sine charitate, condignitatem daret ad meritum. ib.
- Gratia per originale peccatum non maculatur, imo illud aufert. 103, 37.
- Gratia est signum quo justii ab injustis distinguuntur. ib., 38.
- Effectus formalis physicus et inseparabilis gratiæ est facere participem divinæ naturæ. 112, 9.
- Item facere hominem aptitudinaliter acceptum ad gloriam. ib., 10.
- Gratia habitualis est justitia universalis. 163, 14.
- Sed sola simpliciter et essentialiter justificat. 163, 13 et seq.
- Non tamen dicitur habere complementum seu statum justitiæ sine aliis virtutibus. 163, 20.
- Gratia justificans, tam contra peccatum commissum quam contra committendum, juvat. 163, 1.
- Quo instanti gratia infunditur, statim peccatum remittitur. 203, 8.
- Et quomodo. 203, 8 — 239, 2 et seq.
- Gratia et charitas de lege ordinaria in homine actualiter peccante non permanet. 244, 2 et seq. — 260, 24.
- Gratia et peccatum habituale nec physice, nec privative, aut contradictorie opponuntur. 254, 7.
- Possunt de potentia absoluta simul manere. ib., 7 et seq.
- Non tamen hominem sanctum denominabit. 258, 19.
- Quem effectum tunc gratia efficiat. ib., — 261, 25.
- Gratia unionis cum peccato etiam veniali de potentia absoluta esse nequit. 263, 33 et seq.
- Gratia Christo Domino collata finita fuit. 113, 15.
- Gratia unionis jus Christo tribueret ad gloriam, etsi habituali careret. 112, 14.
- Gratia habitualis potest divinitus infundi peccatori peccatum non retractanti. 269, 13 et seq.
- Quælibet gratia sanctificans satis est ad omnia peccata expellenda. 270, 20 et seq.
- Gratiæ privatio de potentia absoluta potest manere sub ratione pœnæ, ablata ratione maculæ habitualis. 282, 20.
- Privatio gratiæ physica sine mutatione aliqua physica ab homine auferri non potest. 283, 1.
- Gratia habitualis de se non est forma venialis peccati expulsiva. 293, 3.
- Sui tantum privationem physice expellit. ib.
- Gratia in baptismo vel in sacramento pœnitentiæ comparata, venialia delet, si obicem non inveniat. ib.
- Gratia habitualis non est forma natura sua impossibilis cum peccato veniali. 298, 13.
- Prima gratia cum sola attritione non potest nisi per sacramentum obtineri. 299, 17.
- Gratia habitualis est qualitas perfectior omnibus gloriæ qualitibus. 302, 4.
- Sub gratia plures habitus comprehenduntur. 310, 7.
- Inter gratias datur finalis causalitas, et aliquando reciproca. 311, 9.
- Gratia est finis cui respectu beatitudinis supernaturalis. ib.
- Gratia in fieri et conservari materialiter a subjecto causatur. 314, 4-5.
- Non creatur. 315, 8 et seq.
- Improprie tamen dici potest concreari. 317, 14.
- Eadem actione qua producit, subjecto unitur. 314, 6.
- Non prius natura existit quam inhæreat. 313, 7.— 370, 12.
- Educitur a potentia obedienciali animæ, in qua immediate fit. 317, 13.
- Gratiam de facto hominibus infundi, non potest ratione solum naturali convinci. 319, 4.
- Gratia non est actus secundus et vitalis. ib.
- Gratia ab agente creato nec de potentia absoluta fieri potest principaliter. 319, 5 et seq.
- De facto tamen ab illo producit instrumentally. 323, 12.
- Gratiæ excitantis motus a potentiis effective procedunt. 326, 12.
- Causa meritoria gratiæ duplex assignatur. 329, 1.
- Dispositio ad gratiam vel est proxima, vel remota, late. 329, 2 — 336, 10 et seq.
- Non potest esse physica, sed tantum moralis. 330, 5 et seq.

- Dispositio quæ est remota extra sacramentum, potest esse proxima cum illo respectu justificationis. 337, 12.
- Dispositio proxima duplex assignatur. 338, 13.
- Assignatur etiam duplex remota. ib., 14.
- Dispositio ad gratiam sanctificantem, tam proxima, quam remota, debet esse supernaturalis in entitate. 339, 2 et seq.
- Etiam in sacramento. 343, 10.
- De dispositione proxima, est doctrina de fide. 342, 8.
- Non tamen de remota. 342, 9.
- Dispositionem ad gratiam liberam esse, de fide est. 344, 3 et seq.
- De fide etiam est a potentiis effective causari. ib.
- Gratiæ excitantes remotissime dicuntur dispositiones ad gratiam. 346, 7.
- A potentiis effective causantur. ib.
- Dispositiones ad gratiam aliæ a solo Deo, aliæ ab homine etiam præstantur. ib.
- Gratia operans dupliciter potest considerari. 347, 10.
- Dispositio ad gratiam, non solum ut actus, sed ut dispositio est, procedit a libero arbitrio. 346, 8 et seq.
- Dispositio remota ad gratiam habituales tantum per accidens est causa illius. 348, 1-2.
- Dispositio ultima ad justificationem, quæ fit extra sacramentum, necessario est admittenda. 349, 5 et seq.
- Hæc sufficit tam ad infusionem primæ gratiæ, quam ad peccatorum remissionem. 352, 12 et seq.
- Est tantum causa moralis justificationis. 354, 15 et seq.
- Eadem dispositio potest esse remota ad gratiam sanctificantem, et proxima ad aliquem habitum gratiæ. 363, 1.
- Dispositio qua peccator ad gratiam disponitur nullo modo ab ipsa gratia effective causari potest. 366 — 379.
- Nec intendi. 373, 19.
- Gratia peccatori infunditur, quia est contritus, vel Deum super omnia diligit. 366, 2.
- Gratia excitans homini datur ut convertatur, non quia convertitur. ib.
- Gratia distribuitur juxta recipientium dispositionem. 367, 5-6.
- Gratia non potest subjectum informare secundum rationem genericam, quin secundum rationem specificam simul informet. 369, 10.
- Dispositio ultima ad gratiam præparans non potest esse a solo libero arbitrio. 372, 17-18.
- Sed ab illo simul cum gratia excitante. 372, 19-20.
- Hæc dispositio non potest per eandem actionem ab habitu gratiæ, etiam de potentia absoluta causari. ib., 21.
- Dispositio ad gratiam præparans non potest esse prior et posterior habitu infuso in diverso genere causæ. 374, 22 et seq.
- Dispositio ultima ad gratiam de congruo illam meretur, certoque a Deo impetrat. 375, 24-25.
- Non vero dispositio remota. ib., 25.
- Dispositio ad gratiam ad illius etiam proprietates disponit. 378, 31.
- Gratia prius homini infunditur quam charitas. ib.
- Dispositiones ad gratiam, tam proximæ quam remotæ, non fiunt in nobis sine infusione Spiritus Sancti. 380, 4-5.
- Dispositio duplex est: una præparans ad formam, altera illam consequens. 382, 9.
- Dispositio antecedens, nec in rebus physicis nec in moralibus, a re ad quam disponit, effective causari potest. ib., 9 et seq.
- Dispositionem ultimam ad gratiam procedere ab habitu infuso ejusdem gratiæ, nullibi docuit D. Thomas. 385, 1 et seq.
- Gradus gratiæ et meriti an arithmetice, an geometricæ sibi respondeant. 482, 46.
- Gratiæ distinctio in esse gratiæ et in esse qualitatis. 480, 38.
- Per idem omnino esse præstat suos effectus formales. 481, 42.
- Per idem etiam intenditur. 480, 41.
- Gratiam inamissibilem esse hæretici asserunt. 628, 1 et seq.
- Ejus amissibilitas probatur. 630, 7 et seq.
- Gratiam esse tantum amissibilem ad tempus, non finaliter, hæretici errant. 636, 1 et seq.
- Contrarium probatur in prædestinatis et in reprobis. 638, 6 et seq.
- Gratiam amissam recuperandam esse per penitentiam, tam incertum quam justum esse perseverantium. 640, 11.
- Gratiæ et charitatis desitio non est proprie annihilatio. Et unde talis desitio proveniat. 635, 23-24.
- Gratiæ justificantis nomine non solum primam gratiam, sed augmentum ejus et auxilia comprehendunt Patres. 578, 3.
- Gratia ab extrinseco tantum corruptibilis est. 563, 1.
- Non conservatur ab homine physice, præterquam materiali influxu. 564, 2.
- Gratiæ conservationem moralem a sola fide pendere errant hæretici. ib. et seq. — 645, 5.
- Impugnantur ostendendo requiri etiam declinare a malo. 565, 6 et seq.
- Ostendendo requiri facere bonum. 566, 8 et seq.
- Gratiæ generationem plura requirere quam conservationem ostenditur. 567, 10.
- Conservatio gratiæ pendet a bonis operibus ut a removente prohibens, id est, peccatum. Infusio tamen gratiæ requirit opera in adultis. ib., 10-11.
- Ad gratiæ conservationem non satis est implere

- præcepta omnia quoad substantiam solum. 568, 12.
 Imo moraliter necessarium est servare consilia, ut gratia diu conservetur. ib.
 Gratiae habituali non debentur auxilia efficacia, quibus diu conservetur. 640, 11.
 Sed tantum auxilia sufficientia. 501, 2 — 578, 2 et seq.
 Gratia amissa, cur sola fides et spes remaneant. 669, 25.
 Gratiam per peccata venialia remitti, qui affirmant. 681, 5-6.
 Oppositum verum ostenditur. ib., 7 et seq.
 Gratia de se inclinatur ad non peccandum, etiam venialiter. 685, 16.
 Non tamen remittitur per propositum peccandi venialiter. ib.
 Gratiae inæqualitas in diversis hominibus arguit intensibilitatem et remissibilitatem in eodem. 453, 1 — 436, 9.
 Gratiae prima infusio fit secundum proportionem physicam dispositionis, non ita intensio sive augmentum. 468, 13.
 Gratiae habere terminum intensionis spectata etiam potentia absoluta, qui affirmant. 490, 1.
 Oppositum probatur. 491, 4 et seq.
 Qui dicant naturaliter saltem habere terminum. 490, 2.
 Impugnantur. 491, 6.
 Qui dicant ex sola subjecti capacitate limitari. 490, 3.
 Impugnantur. 492, 8.
 Nullo ex istis modis habere terminum ostenditur. 491, 4 et seq.
 Gratiae capacitas in omni creatura intellectuali æqualis. 492, 8.
 Gratia unde habeat carere termino intensionis, non essentialiter. ib., 9.
 Unde habeat quod nulli subjecto possit esse conaturalis. ib.
 Gratia viæ an interdum major gratia patriæ. 500, 16.
 Gratiae infusio non semper mundatur a venialibus. ib., 4.
 Gratiae indicia, seu signa, quam sint incerta. 542, 12-13.
 Quæ sint hæc moralia signa gratiæ. 548, 6 et seq.
 Gratia cur dicatur fons aquæ salientis in vitam æternam, et semen gloriæ. X, 10, 14 — 11, 18.
 Cur gratia non dicitur merces bonorum operum, sicut gloria. 112, 7.
 Quæ sit prima gratia expenditur. 139, 1 — 174, 2.
 Quid sit gratia consummata, et quid addat super gratiam viæ. 191, 5.
 Gratiae certitudo, vide CERTITUDO. IX, X.
 Comparatio gratiæ cum charitate, vide CHARITAS. IX, X.
 Status gratiæ ad meritum, vide MERITUM. IX, X.
 Quomodo gratia ejusque augmentum cadat sub meritum, vide MERITUM. IX, X.
 Gratiae divisio in efficacem et sufficientem breviter defenditur. 304, 1 et seq.
 Per efficaciam quid significatur. 305, 1.
 Gratia efficax quæ dicatur. ib., 2.
 Datur gratia præveniens, seu excitans, aut operans efficax. ib., 3.
 Potentia, non obstante tactu excitantis gratiæ, manet indifferens ad consentiendum vel dissentiendum. 313, 4.
 Gratia excitans realiter et physice fit a Deo in hominis voluntate. 328, 4.
 Gratia quæ prius excitat voluntatem, postea juvat illam moraliter. 329, 3.
 Gratia excitans potest habere efficientiam physicam dependentem suo modo ab influxu liberi arbitrii. ib., 5.
 Optime stare potest effeientia physica prævenientis gratiæ sine prædeterminatione physica. 330, 1.
 Gratia concomitans non est pedessequa liberi arbitrii. 334, 1.
 Gratia concomitans est adjutrix voluntatis, et quasi baculum et fulcimentum ejus. ib., 2.
 Gratia præveniens in quo incipit esse, physice illuminat intellectum et inclinatur voluntatem. 336, 3.
 Quid sentiendum de distinctione illa: Gratia præcedit influxum liberi arbitrii in essendo, non in causando. ib., 2.
 Gratia subsequens est quam Deus confert homini bene utenti priori gratia. 344, 1.
 Præter gratiam prævenientem, agnoscit Ecclesia gratiam subsequentem. ib.
 Gratia præveniens intellectum et voluntatem afficit. ib., 3.
 Nulla ratione dici potest quod gratia præveniens duntaxat intellectum illuminet, et a foribus voluntatem salutet. 347, 1.
 Motus excitantis gratiæ, qui in voluntate fiunt, sunt veræ inspirationes Spiritus Sancti. 348, 5.
 Gratia actu non operatur ipsum velle, nisi quando voluntas cooperatur. 349, 2.
 Prima gratia sanctificans cadere potest sub meritum imperfectum. 353, 4.
 Divisio primæ gratiæ in primam auxiliantem et primam sanctificantem. ib., 1.
 Prima gratia auxilians, et prima gratia sanctificans in quo convenient. ib., 2.
 Nomine primæ gratiæ quid intelligant scholastici. ib., 1.
 Subdistinctio gratiæ prævenientis. 363, 3.
 Licet gratia efficax ponatur in prædeterminatione physica, nulla differentiæ ratio inter prædictos actus assignari potest. 402, 1.

- Gratiæ Dei est non solum inspirare bonum propositum, sed etiam offerre opportunitatem exequendi illud. 482, 3.
- Gratia, licet sit qualitas supernaturalis, suam tamen habet essentiam et naturam, et suas con-naturales proprietates physicas. 657, 3.
- Quid gratia adjuvans. XI, 167, 5.
- Gratia adjuvans non est fluens qualitas, quam aliqui fingunt ex parte causæ. 167, 7.
- Ad diu perseverandum in gratia, necessarium est peculiare aliquod auxilium. 168, 8.
- Ad primos actus qui disponunt ad habitus, requiritur etiam specialis gratia. ib., 9.
- Excitans gratia adjuvans etiam est moraliter. 169, 10-11.
- Sed non physice. 170, 12.
- Gratia illa requisita ad primos actus non sunt habitus, et quid sit. 168, 9 et seq.
- Gratia præveniens, quæ et quotuplex, quæ concomitans, quæ subsequens, quæ operans et cooperans : hæ duæ gratiæ non differunt a concomitante et subsequente. 172, 1 et seq.
- Ideo dicitur Deus operari in nobis ut velimus sine nobis, quia operatur initium gratiæ sine libero nostro consensu. 173, 4.
- Cur dicatur Deus operari in nobis bonam voluntatem. 174, 6.
- Gratia operans et cooperans requiritur necessario ad omnes actus supernaturales. 175, 8.
- Qui effectus gratiæ operanti, qui vero cooperanti tribuantur. 176, 9.
- Gratia interdum est moralis causa boni actus, interdum physica. ib., 10.
- Gratia quæ datur ad perseverandum et excitans est et adjuvans. 177, 11.
- Auxilium sufficiens non solum sufficiens est ad posse velle, sed etiam ad velle. 178, 3-4.
- Non est in nostra potestate illud habere aut non habere. 179, 5.
- Efficax auxilium dicitur, non quia tantum efficit, sed quia vires tribuit voluntati. 181, 8.
- Qui Patres pugnent contra physicam prædeterminationem gratiæ excitantis. 189, 7 et seq.
- Auxilium ex se sufficiens ratione alicujus adjuncti potest non esse sufficiens moraliter. 194, 4.
- Facienti quod in se est, cum auxilio quod peccator habet, Deus non denegat auxilium moraliter sufficiens. ib.
- Efficacia motionis Dei non consistit in morali necessitate. ib.
- Diversitas moralis determinationis et auxilii sufficientis. 195, 6.
- Duplex vocatio gratiæ ex Augustino, communis scilicet et propria, seu congrua. 202, 12.
- Quæ sit efficax seu congrua, ex eodem. ib.
- Gratia efficax et operans est, et præveniens. 203, 1.
- Gratia non accipit a libero arbitrio efficaciam seu effectiorem. 221, 2.
- Quomodo efficacia gratiæ pendeat a libero arbitrio, et liberum arbitrium a gratia in operando. ib.
- Quomodo gratiæ efficacia possit constare sine determinatione physica. 225, 11-12.
- Vera et propria acceptio efficaciam scholasticis communis. 218, 22.
- In quo efficacia gratiæ vel vocationis adæquate consistat. 224, 9 et seq.
- Cum vera ratione gratiæ componuntur facile quæ de gratia et libero arbitrio certa sunt. 225, 11.
- Difficultates quæ contra illam pugnant. 226, 13.
- Et solvuntur. 227, 14.
- Nihil necessario includit vocatio efficax ut præveniens, quod non includat etiam sufficiens. ib.
- Gratia efficax necessaria est ad singulos actus efficiendos, sed non ad potestatem faciendi. ib.
- Deus certo scit se posse talem vocationem imperitari, ut homo quantumvis induratus respondeat. 229, 16.
- Non quodlibet opus bonum est ex peculiari auxilio gratiæ non debito. 230, 17.
- Major gratia et vocatio computanda est ex omni eo, quod per se vel per accidens conducit ad efficiendum actum supernaturalem. 287, 11.
- In quo fundent Patres gratiæ necessitatem. 382, 29 et seq.
- Quæ pro gratia contra Pelagianos certa sint de fide. 384, 37 et seq.
- Gratiæ auxilium quo indigemus ad opera supernaturalia, et excitans est et adjuvans. ib., 38.
- Cur primam gratiam dicatur Deus operari in nobis sine nobis. ib.
- Interior motio præter doctrinam extrinsecam necessaria est ad bene operandum. 385, 40.
- Homo non potest esse liber, nisi habeat auxilium sufficiens, ut possit et ut faciat. 379, 20 et seq.
- Gratia, quæ per se infunditur in justificatione, datur secundum dispositionem. 508, 49.
- Non vero quæ per accidens datur, qualis est debita meritis mortificatis. ib.
- Erroneum est dicere per solam non repugnantiam disponi homines ad gratiam recipiendam. 380, 26.

GRATIA EFFICAX.

- Efficacitas gratiæ a solo libero arbitrio impediri potest, non tamen esse potest ab eo solo. XI, 221, 2.
- Circa gratiam efficacem variæ difficultates tractantur. 231.
- Quam distet vera doctrina de efficacia gratiæ a Pelagiano errore. 237, 13.

Gratia efficax non consistit in sola doctrina externa. 239, 17.
 Voluntas potest credere, etiamsi efficaciter non sit praeventa. 288, 2.
 Efficacia gratiae optime intelligitur ex scientia conditionata. 363, 7.
 Auxilium efficax nihil necessario in re addit supra sufficiens, praeter concursum Dei. 386, 46.
 Quid vero addat ex parte Dei. 387, 48.
 In quo consistat congruitas gratiae efficacis. *ib.*, 49.
 Quae gratia dicatur efficax, et quam ob causam. 388, 51.
 Efficacia gratiae cum arbitrii libertate conciliatur. *ib.*, 52 et seq.
 In voluntatis potestate est facere ut ejus vocatio efficax sit re ipsa. *ib.*, 55.

GRATIA SUFFICIENS.

Per auxilium sufficiens dat homini Deus quod satis est ut possit supernaturaliter operari. XI, 288, 1.
 Qui vocati per gratiam renuunt re ipsa possent respondere. *ib.*

GRATIAE AUXILIUM.

Auxilium Dei internum ac gratuitum ad supernaturales actus simpliciter necessarium est. XI, 158, 1.
 Quid auxilii nomine significemus. *ib.*
 Auxilium gratiae requiritur ad totam legem naturalem servandam, sed non ad singulos actus ejus. 158, 3.
 Nulla positiva dispositio praecedere potest primum auxilium supernaturale. 160, 6.
 Auxilium Dei esse potest per modum concursus et per modum principii. 162, 1.
 Praeter concursum causae primae, aliud auxilium requiritur ex parte principii ad supernaturales actus, non item ad naturales. *ib.*, 2.
 Dividitur in actuale et habituale; et quid utrumque significet, explicatur. 165, 1.
 Gratia excitans quid sit. 166, 3.
 Quale sit gratiae auxilium pro actibus qui ab habitibus eliciuntur. 167, 6.
 Quid sit auxilium sufficiens. 177, 1.
 Hominibus dari de fide est. *ib.*, 2.
 Auxilium hoc potens est, ut cum eo homo operetur et faciat. 179, 4.
 Infidelis nondum vocatus aliquo modo habet auxilium sufficiens ut credat. 180, 6.
 Gratia excitans nunquam physice praedeterminat voluntatem. 187, 1 et seq.
 Ex Patribus. 189, 7 et seq.
 Ratione probatur. 192, 8.
 Quandiu regnavit. ib.

HIERARCHIA.

Hierarchiæ nomen quibus accommodetur, quid, et quotuplex sit. II, 32, 1.
 Hierarchiæ differunt inter se genere subalterno. 62, 8.
 Hæc differentia generica inter Hierarchias, unde colligatur. 63, 10.
 Hierarchia quo pacto inveniatur etiam in dæmonibus. 1088, 1 et seq.
 Hierarchiæ an post diem Judicii cessabunt. 1091, 10.
 Vide CHORUS. Vide etiam ILLUMINATIO. II.

HIERONYMITARUM ORDO.

Hieronymitarum ordinis origo, regula et perfectio. XVI, 516, 7 et seq.
 Cur hæc religio sancti Hieronymi nuncupetur. 517, 8-9.
 Ejus progressus in Hispania et Lusitania. ib., 10.
 Similis ordo D. Hieronymi in Italia sub diverso Generali; et quis ejus institutor. ib.

Alia denique congregationes in Italia ejusdem nominis, sed non instituti. 518, 12.

HIERONYMUS.

D. Hieronymi encomia. VII, 315, 11-12.
 Accuratissime contra Pelagium scripsit. ib.
 Quanta ejus auctoritas ad confutandas hæreses. ib.

HILARIUS.

An duo extiterint Hilarii tempore S. Augustini. VII, 319, 21.
 Hilarius non putavit in Christo nullum dolorem fuisse. XVIII, 205, 2.
 Explicantur ejus dicta, quibus ille videtur in Christo dolorem negare. ib.
 Non negat in Christo fuisse dolorem, sed naturam doloris, id est, dolori suo merito subjectam. 206, 3.

HISPANIA.

Cur Hispania celebret festum Sancti Jacobi, vide SANCTUS JACOBUS. XIII.
 Hispaniæ regum pietas in Ecclesiam. XXIV, 306, 12.

HOC.

Pro varietate rerum, quibus applicatur, varia significat. XXI, 119, 7.
 Quid significet et pro quo supponat in verbis consecrationis. Vide EUCHARISTIA, § Forma. XXI.

HOMAGIUM.

Homagium, quod juramentum. XIV, 490, 25 et s.

HOMICIDIUM.

Occidentes per assassinos privantur beneficiis ipso facto. V, 450, 15.
 Ex pretio homicidii et adulterii debentur decimæ. XIII, 212, 7.
 Homicidium formaliter non opponitur charitati, sed justitiæ. XIV, 681, 10.
 Homicidium an perjurio gravius sit peccatum. 680, 7.
 Ex homicidio voluntario contrahitur irregularitas. XXIII bis, 425, 1.
 Ad eam est necessaria expressa voluntas occidendi in actu signato, vel exercito. 426, 5.
 Cum effectu subsequente. 428, 2.
 Irregularitatem hanc præcipue incurrit qui suis manibus occidit. 432, 1.
 Etiam non baptizatum. 434, 4.
 Incurrit etiam mandans alium occidi, et late exponitur. ib., 6 et seq.
 Incurrit etiam qui consulit mortem. 436, 10.
 Nisi consilium retractet. 437, 11.
 Consensus purus in homicidium, quod nullo modo

fit nomine consentientis, non inducit irregularitatem. 441, 21.

Neque incurritur per ratihibitionem homicidii jam facti nomine suo. 442, 23.
 Incurrit cooperans ad homicidium. 445, 31.
 Irregularitas hæc quos habeat effectus. 446, 1.
 Irregularitas hæc per solum Summum Pontificem auferri potest. 447, 4.
 Tollitur difficillime. ib., 5.

HOMICIDIUM CASUALE.

Per casuale homicidium contrahitur irregularitas. XXIII bis, 448, 1, 1º loco.
 Facilius in ea dispensatur. 448, 2.
 Multiplex modus est committendi hoc homicidium. ib., 1, 2º loco.
 Qui absque peccato consulit minorem vindictam, sequuta morte, non fit irregularis. 452, 2.
 Cooperatio ad homicidium duplex, proxima et remota. 453, 5.
 Qui parat ligna ad comburendum aliquem post mortem, seclusa acceleratione, non est irregularis. ib., 6.
 Quando plures ex repentina occasione cum aliquo rixantur, et illum occidunt, omnes sunt irregulares. 454, 8-9.
 Per propriam omissionem obviandi homicidio, quando solum est contra charitatem, non fit quis irregularis. 457, 3-4.
 Secus quando intervenit obligatio ex justitia. ib., 5.
 Quando sufficiens diligentia adhibetur in opere licito ad vitandum periculum mortis alterius, illa sequuta, non contrahitur irregularitas. 459, 1.
 Secus si negligentia intercessit, lata, aut levis. 460, 2 et seq.
 Non autem levissima. 461, 5-6.
 Adulter, ob cujus causam adultera a marito occiditur, an sit irregularis. 466, 7.
 Per homicidium omnino casuale ex opere illicito non contrahitur irregularitas, nisi in casibus in jure expressis propter periculum occisionis. 467, 9.
 Qui aliquem non lethaliter vulnerat, et ille non ex vulnere, sed ex sua intemperantia, aut medici imperitia moritur, non fit irregularis. 469, 16 et seq.
 Vociferans adversus latronem, qui ea occasione occiditur, an sit irregularis. 493, 21.
 Cum mandatarius occiditur, mandans incurrit in homicidium casuale. 440, 17.
 Qui alteri consilium dat ut temere se exponat periculo mortis, ea sequuta, fit irregularis. ib., 18.

HOMICIDIUM IN DEFENSIONEM PROPRIAM.

Qui alium occidit in defensionem propriæ personæ, non fit irregularis. XXIII bis, 471, 2-3.

Quando teneatur quis fugere. 472, 4.
 Qualis sit irregularitas, quando propter homicidium in defensionem immoderatam contrahitur. 475, 13.
 Bona temporalia possunt defendi, cum interitu ejus qui violenter vult illa rapere. 476, 4.
 Et per hoc homicidium non incurritur irregularitas. 477, 4 et seq.
 Propter homicidium in defensione proximi innocentis non incurritur irregularitas. 480, 2 et seq.
 Etiam si defensio non sit sub obligatione. 481, 5.
 Modo sit licita. ib.

HOMINIS JUSTA OCCISIO.

Judex ferens sententiam in causa sanguinis fit irregularis, effectu sequuto. XXIII bis, 482, 4.
 Non incurrit temporalis dominus, qui officium judicis secularis alteri committit. 484, 5.
 Vide verbo ACTOR, et verbo TESTIS. XXIII bis.
 Denunciatio in causa sanguinis quomodo fieri possit absque irregularitate. 488, 2.
 Assistens in loco supplicii absque ulla cooperatione non fit irregularis. 501, 10.
 Nec qui speculative docet tali delicto debere poenam mortis. 485, 8.
 Omnes militantes in bello injusto, si in eo fiant homicidia, vel mutilationes, fiunt irregulares, etiam si propriis manibus ea non faciant. 501, 4.
 Non vero si effectus non sequatur. 502, 4 et seq.
 Militans in bello necessario ad defensionem propriae personae, vel patriae, non fit irregularis. 503, 1-2.
 Militans in bello justo, si propriis manibus non mutilat, non fit irregularis, etiam si alii occidant. 504, 4-5.
 Secus si propriis manibus occidat. 505, 6.
 Quid de praebente arma ad tale bellum. ib.
 Clericus non potest militare in bello justo aggressivo. 505, 7.
 Si vero in eo militet, et non mutilet, nec occidat, non fit irregularis. 506, 9.
 Quando possit licite interesse, et exhortari sine culpa, et irregularitate. 505, 8.
 In irregularitate ex homicidio perpetrato in bello justo quis possit dispensare. 507, 12 et seq.

HOMO.

Homines in statu innocentiae eo modo quo Angeli praedestinandi forent, juxta quorundam sententiam. I, 275, 3.
 Hominis perseverantia plures actus requirit. 274, 2.
 In hominibus et Angelis aequae supernaturalis est gloria et gratia. 276, 6.
 De hominum et Angelorum electione eadem est ratio. 277, 10.

In hominibus cur ponatur praelectio et non in Angelis secundum aliquos. 278, 13.
 Inter homines et Angelos quoad perseverantiam discrimen reperitur. ib., 14.
 In hominibus praevium Angelorum peccatum antecessit electio. 284, 5.
 Hominem cum eadem natura, etiam si illum ad finem supernaturalem non dirigeret, Deus creare potuit. 293, 3.
 Homo adultus qui possit esse causa praedestinationis quoad aliquos effectus. 326, 5.
 Homo quomodo sit effectuum praedestinationis causa. 323, 4.
 Homo licet gratiae sit capax, ea illi debita non est. Quamobrem. ib.
 Hominem non posse sic efficaciter nunc Deum amare, sicut in natura integra, ex quo proveniat. 376, 13.
 Homo per gratiam non restituitur ad eam naturam integritatem quae erat in statu innocentiae. 377, 14.
 Homo ante fidem nullam veram gratiam promereri potest, neque fidelis in peccato constitutus. 417, 11.
 Homo ante omnem vocationem licet non operetur, dici nequit resistere, eo quod nihil agat. 420, 12.
 Homo divino adjutus auxilio bonum actum efficiens per illum potest ulteriorem gratiam adipisci. 421, 15.
 Homo purus potest alteri mereri praedestinationem etiam quoad primum gratiae effectum. 428, 4.
 Duobus modis potest alteri mereri donum gratiae. ib., 5.
 Homo nullis suis meritis primam meretur vocationem. 422, 18 — 439, 28.
 Homo purus non potest mereri alteri divinam praedestinationem quoad efficacem praedestinationem ad gloriam, vel gratiam quoad decretum absolutum dandi illam. 441, 2.
 Ad hominis actum duplex gratia concurrit. 467, 10.
 Homines omnes fidei professores pro aliquo tempore ita sufficiens auxilium habent ad justificationem, ut illis tribuatur nolle salutem, si eam non consequantur. 493, 11.
 Homines aliquos non vocare etiam tempore opportuno Deus nunquam decernit. ib.
 Homo licet suis viribus ad divinam vocationem disponi nequeat, illi tamen peccando resistere potest. 495, 19.
 In hominis potestate non est, cum reprobatione negativa, actu componere suam aeternam salutem. 519, 8.
 Homo quomodo possit assentiri Trinitatis mysterio naturali assensu per humanam fidem. 571, 7.

- Homo in quo sit ad imaginem Dei effectus. 372, 10.
- Homo factus est ad imaginem Dei secundum animam, non secundum corpus. 40, 8.
- Hominem se beatificare quomodo verum sit. 84, 42-43.
- Homines non sunt assumpti ad beatitudinem occasione peccati Angelorum, sed ex primaria Dei intentione. 120, 7 — 284, 5.
- Homo fortasse nullus, præter beatam Virginem, supremis Angelis in beatitudine æquiparatur. II, 647, 16.
- Hominis primi lapsum viderunt Angeli in Verbo. 652, 7.
- Homo in primo instanti usus rationis non potest peccare. 952, 61.
- Homines peccantes cur Deus non deseruit sicut Angelos. 963, 23.
- Hominum illuminatio per Angelos, vide ILLUMINATIO. II.
- Inter homines et Angelos locutio, vide LOCUTIO. ib.
- Hominum custodia, vide CUSTODIA. ib.
- Hominum tentatio, vide TENTATIO. ib.
- Homo quomodo ad imaginem Dei factus, vide IMAGO. III.
- Homo primus, vide ADAM. ib.
- Homines in statu innocentiae et immortalitatis multiplicarentur. III. 380, 1-2.
- Homines in statu innocentiae immediate a Deo creandos, non generatione propagandos, qui Patres dixerint. 384, 4.
- Oppositum ostenditur. 382, 6 et seq.
- Homo habet finem ultimum ab auctore suo. IV, 26, 4.
- Et quomodo id probatur. ib., et seq.
- Homo, quando primo operatur, non necessario intendit formali intentione aliquem finem ultimum simpliciter in quem se et omnia sua referat. 27, 4.
- At vero semper, quando operatur, intendit aliquem finem ultimum negative. ib., 5.
- Homo capax est beatitudinis, juxta fidem. 41, 3.
- Imo, juxta principia naturæ, potest probari esse capacem alicujus beatitudinis. 42, 4.
- Hominem in aliquibus individuis fore aliquando beandum, satis congruenter probatur. ib., 6-7.
- Et quam beatitudinem assequi possit naturæ viribus. 43, 8.
- Homo naturaliter elicere potest actus essentialis beatitudinis naturalis. 447, 5.
- Imo et probabile est posse quoque naturaliter assequi talem beatitudinem per media proportionata naturæ. ib., 6.
- Homini sufficit acquirere beatitudinem in statu in quo potest naturaliter existere, scilicet temporalem in toto composito, et perpetuam in anima, quia status resurrectionis non est naturalis. 148, 7.
- Homo potest in hac vita aliquam beatitudinem naturalem consequi, et multo perfectiorem in anima separata. ib. 8.
- Hominem assequi beatitudinem naturalem, vel etiam nullum eam assequi est per accidens ex impedimentis extrinsecis, et ex constitutione sua e corpore et spiritu, habet tamen potentias quibus eliciat actus talis beatitudinis et media etiam naturalia. ib., 9-10.
- Homo secundum duplicem naturam consideratus. V, 10, 12.
- Hominis felicitas duplex, vitæ scilicet presentis et futuræ, et utraque in naturalem et supernaturalem distinguitur. 212, 4.
- Solus homo legum capax quomodo intelligitur. Vide LEGIS SUBJECTUM. V.
- Omnes homines viatores legibus subjiciuntur. 69, 3.
- Humanæ multitudinis duplex consideratio. 481, 4.
- Homo potest a Deo creari in statu puræ naturæ sine peccato; imo sine illo futurus erat, si immediate a Deo crearetur. VII, 180, 4 et seq.
- Homo non potest connaturali modo creari nisi propter aliquam beatitudinem. 180, 6 — 185, 19.
- Non habet naturalem appetitum innatum ad visionem Dei. 183, 21.
- Opinio contraria refertur. 180, 6.
- Homo potuit a Deo condi extra statum naturæ integræ. 187, 5.
- Utrum homo in statu naturæ integræ legem naturalem servare potest. ib., 6 — 189, 13.
- Connaturale ei non est donum speciale integritatis naturæ. 188, 8 — 189, 13.
- Homo in statu puræ naturæ quomodo posset naturalem beatitudinem assequi. 190, 15.
- An homo proxime creatus a Deo in quolibet statu dici possit creatus in originali innocentia. 191, 2.
- Homini primo quid Deus contulerit. 192, 3 et seq.
- In statu puræ naturæ, licet non peccaret, naturaliter moreretur. 193, 7.
- Homo in solo statu naturæ integræ posset prius venialiter peccare quam mortaliter, non ita in statu originalis justitiæ. 192, 4 — 194, 10.
- Tam in statu naturæ integræ, quam in statu originalis justitiæ, posset esse sine gratia sanctificante. 194, 10.
- Homo de facto semper ordinatus fuit ad finem supernaturalem per sufficientia media a Deo præparata. ib., 1-2.
- Neque in statu integræ, neque puræ naturæ, haberet vires ad actus supernaturales eliciendos. 198, 8.
- Homo solum a mortali culpa lapsus denominatur, et in statu naturæ lapsæ constituitur. 199, 1.
- Quo sensu dicatur homo a Patribus imaginem Dei perdidisse per peccatum. 204, 9 et seq.

- In statu naturæ lapsæ non est debilior ab extrinseco, quam esset in statu puræ naturæ. 214, 4.
- In naturalibus fuisse vulneratum, quo sensu verum. 212, 19.
- Unde homini proveniat difficultas bene operandi in statu naturæ lapsæ. 210, 14.
- Homo ex vi peccati originalis non nascitur in termino damnationis, sed in via ad illam. 216, 8, 10.
- Hominem lapsum ante gratiam non esse liberum ad non peccandum, quo sensu verum. 217, 13.
- Homo servus diaboli quibus modis sit factus. 218, 16-17.
- An in statu puræ naturæ minus tentaretur. *ib.*, 17 — 487, 25.
- Hominem lapsum nullum opus absolute bonum posse per gratiam facere asserunt Lutherani. 271, 10.
- Homo existens in peccato mortali potest habere multos actus bonos. 375, 6.
- Hominem in hac vita non posse habere evidentiam in attestante mysteriorum fidei sine gratiæ auxilio est probabilius. 621, 4.
- Homo lapsus potest aliquando bene moraliter operari, sine speciali auxilio gratiæ. 403, 4.
- Non potest naturaliter diu vivere sine peccato mortali contra legem naturalem. 501, 36.
- In natura integra posset diu servare totam legem naturalem sine speciali gratiæ. 504, 6.
- Homo lapsus non potest diu sine gratiæ servare totam legem naturalem absque mortali culpa. 508, 4.
- Oppositum est temerarium. 510, 12.
- Requiraturne gratia habitualis, an sufficiat actualis et supernaturalis quoad modum, ad servandam diu totam legem naturalem sine peccato mortali. 511, 1 et seq.
- Talis gratia de lege ordinaria datur fidelibus tantum iisque justificatis. 515, 15.
- Homo in pura natura non posset sine gravi lapsu servare diu totam legem naturalem absque peculiari Dei auxilio. 522, 4.
- Nec esset ad hoc potentior, quam in statu naturæ lapsæ. 523, 8.
- Homo in puris naturalibus haberet peculiarem aliquam Dei providentiam ad servandam totam legem naturalem si vellet. *ib.*, 9 et seq.
- Homo lapsus tripliciter potest amare Deum super omnia ut finem naturalem. 565, 16 et seq.
- Homo in puris naturalibus non potest per vires naturæ diligere Deum super omnia etiam ut finem naturalem. 569, 2.
- Nec etiam ad breve tempus. *ib.*
- Posset tamen cum aliquo Dei auxilio. 571, 8.
- Possitne homo lapsus, vel in puris naturalibus, naturales virtutes acquirere sine gratiæ auxilio. 579, 1 et seq.
- An in natura integra posset perfecte acquirere virtutes naturales. *ib.*, 2.
- Utrum in statu naturæ lapsæ. *ib.*, 3.
- Homo sine charitate nec amore elicito nec innato diligit Deum ut finem supernaturalem: diligit tamen ut finem naturalem. 583, 13.
- Homo. Vide GRATIA. VII.
- Homo ante fidem non meretur ullo modo vocationem ad fidem. VIII, 333, 15.
- Homini facienti quod in se est Deus non denegat gratiam. 342, 40.
- Sententia Pauli: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ut intelligenda ex Augustino. 357, 6 et seq.
- Homo in puris naturalibus, eo ipso quod rationalis est, filius Dei dici potest. IX, 108, 7.
- Sic sumptus tendit in Deum ultimum finem naturalem per suos actus. *ib.*
- Homo per suam naturam habet connaturale jus ad beatitudinem naturalem; per gratiam ad supernaturalem. *ib.*
- A Deo ad gloriam actualiter acceptus sine gratiæ, gratus illi extrinsece diceretur. 113, 14.
- Homo fit justus per gratiam animæ infusam. 131, 4.
- Non potest justus aut justior fieri formaliter et intrinsece, etiam de potentia absoluta per justitiam Dei, vel Christi imputativam. 142, 33-34.
- Homo ut justus dicatur et sit, non opus est ut actualiter operetur, sed satis est gratiam habitalem habeat. 155, 31.
- Homo per sui mutationem ad Deum convertitur; Deus vero absque ulla hominem conversum de novo diligit. 192, 14.
- Homo non potest satisfacere de rigore justitiæ pro offensa peccati. 217, 40 — 228, 70.
- Potest tamen jam gratus de absoluta justitia mereri, vel pro pœna temporali satisfacere. 217, 40.
- Homo ex se et ex vi suarum potentiarum Deum ut finem supernaturalem nec cognoscere, nec amare potest. 46, 3.
- Homo se disponit per Dei excitantem atque adjuvantem gratiam. X, 329, 3.
- Homo potest dissentire divinæ vocationi, si velit. 351, 1.
- Quando homo dicatur facere quod in se est, et e contra. 360, 4.
- Homo non eligit bonum ad salutem conducens, nisi prius a Deo trahatur. 372, 1.
- Nil habet homo unde gloriari possit. 388, 4.
- Homo seipsum impellit et præcipitat, id est determinat ad peccatum. 415, 5.
- Homo physice a Deo distinctus est, moraliter tamen est quasi unus cum illo. XIII, 49, 10.
- Potest injuriam Deo facere infinitam; recompen-

sare autem ad æqualitatem, nec per suas vires, nec per auxilium gratiæ, potest. 66, 12.
 Externæ adorationes sunt indifferentes ad Deum et homines. 85, 7.
 Genuflexio ad hominem ordinarie fit uno genu. *ib.* 8.
 Manuum elevatio non solum ad Deum, sed ad homines etiam fit. *ib.*
 Homo cum solo naturæ lumine an possit orare. XIV, 51, 1.
 Homo non potest velle quidquid Deus vult. 83, 14.
 Homo in puris naturalibus an teneretur orare. 104, 4.
 Ex hominis lapsu orta maxima necessitas incarnationis. XVII, 47, 4.
 Homo purus, quantumvis sanctus, non potuisset plene et perfecte pro hominis peccato satisfacere. 48, 6.
 Hominis redemptio liberum est Dei opus. 49, 1.
 Hominem redimi servato justitiæ rigore, non fuit necessarium, sed convenientissimum. 51, 2.
 Homo per peccatum quasi venditus est, et sub dæmonis potestate constitutus. 57, 7.
 Homines plures esse salvandos in statu naturæ lapsæ, quam in statu innocentiae, incertum. 89, 68 et seq.
 Qua via possit sustineri declaratur. 90, 73.
 Probabilius, tot fore salvandos in statu naturæ lapsæ quot in statu innocentiae. 91, 74.
 Homo, quantumvis naturaliservitute sit Dei servus, est tamen capax proprii dominii. 115, 65.
 Humanum genus, sicut offendit in uno individuo naturæ suæ, ita satisfecit per aliud. 118, 1.
 Homo purus ex perfecta justitia non potest Deo satisfacere. 129, 5.
 Hominis puri opera non habent valorem sufficientem ad satisfactionem omnino æqualem. 131, 12 et seq.
 Et unde hoc oriatur. *ib.*
 Homo purus minus potest pro se satisfacere quam pro aliis. 138, 1.
 Homo nihil potest operari quod apud Deum condignum valorem ad meritum vel satisfactionem habeat, nisi fuerit vivum membrum Christi. 184, 3.
 Homo satisfacit ut membrum Christi, quando satisfacit per gratiam propter Christum acceptam. 185, 4.
 Homo, si non peccasset, gratiam et immortalitatem per fidem Christi habuisset. 253, 6.
 Quod si homo non peccasset, Deus non fieret homo, quo sensu sit verum. 254, 7.
 Et quo falsum. *ib.*
 Homo quando non potuit mereri incarnationem de condigno. 413, 1.
 Homo cælestis cur Christus dicatur, et homo terrenus Adam. 527, 7-8.

Homo pure viator interdum elevari potest ad intelligendum sine phantasmatis. XVIII, 58, 3.
 Homo, cum non habet gratiam, neque alia supernaturalia dona, quomodo dici potest elevatus ad supernaturalem finem. 120, 31.
 Homo de Christo et nobis univoce dicitur. 229, 4.
 Homo factus est Deus, propositio ista rursus explicatur, et varii illius sensus declarantur. 238, 1 et seq.
 Homo genitus est Deus, vera est propositio, quia hic homo per generationem habet ut sit Deus. 242, 3.
 Homo cœpit esse, demonstrato Christo, dici non potest. 248, 1 et seq.
 Homo quomodo ut imago Dei adorari possit. 645, 4.
 Vide SATISFACTIO, MERITUM. XVII.
 Aliquem purum hominem esse innocentem ad humanæ naturæ dignitatem pertinuit. XIX, 46, 37.
 Idem affectus est in homine ad res corporales in pura atque in lapsa natura. XX, 53, 2.
 Plures homines salvandos quam Angeli ceciderint, probabilius, in quibus et major et minor gloria erit quam fuit in Angelis. 508, 4.

HONESTUM ET HONESTAS.

Honestum, ut sic, non generat delectationem, sed ut est delectabile. IV, 253, 1.
 Honestum non dicitur quod est conveniens rectæ rationi, sed naturæ rationali. 295, 12.
 Honestum in communi a qua virtute appetatur. 322, 14.
 Honestas datur in quibusdam objectis quæ ab actibus honestis non petitur, sed potius actus ab illa dicuntur honesti. 289, 3.
 Honestas in objecto privativo quomodo detur. 297, 19.
 Honestatem formalem actus voluntatis sequuntur aliæ dignitates. 317, 6.
 Honestas actus interni voluntatis est sumpta ex objecto, et est ipsa ejus differentia specifica et physica. 328, 18.
 Honestas, vide BONITAS. IV.

HONOR.

Quatenus sit in hominis potestate. XI, 557, 21.
 Non est bonum intrinsecum ejus qui honoratur. XIII, 15, 7.
 Honor et fama pro eodem reputantur in materia religionis. 17, 5-6.
 In nobis non sunt idem, et ita etiam in Deo considerantur. *ib.*
 Honor duplex, et an illi quis renunciare valeat. XV, 557, 3.

Honorum contemptus, quantum et qua ratione in Societate procuretur. XVI, 96 $\frac{1}{2}$, 7 et seq.
 Honor eo major est quo a majori persona exhibetur. XVII, 60, 14.
 Honor, quid sit, et qualiter se habeat ad adorationem. XVIII, 341, 1.
 Honorari potest Deus solo interiori motu cordis. 343, 6.
 Honor civilis et externus principibus jure naturali debetur. 363, 4.

HORA.

Hora prima diei fuisse videtur orationi destinata apud Judæos. XIV, 282, 6.
 Horæ numerus censetur esse finita ultima hora, a qua denominatur. 282, 7.
 Horæ quomodo computabantur apud Hebræos. XIX, 677, 16.
 Quot horæ fluxere a Christi morte ad Christi resurrectionem. 795, 1.
 Quot horis jacuit in sepulchro Christi corpus. ib., 3.

HORÆ CANONICÆ.

Horæ canonicæ unde dictæ. XIV, 280, 1.
 Horæ canonicæ quot sint numero. 291, 1 et seq.
 Horæ canonicæ olim fuere octo. 292, 2.
 Horæ canonicæ publicæ sunt sub præcepto. 34, 1.
 Horæ canonicæ singulæ quibus horis sint recitandæ in choro. 343, 1 et seq.
 Horarum canonicarum publicarum tempusvariare, quando sit peccatum. 347, 10.
 Horis canonicis variandis quatenus possit Prælati dispensare. ib., 13.
 Horæ canonicæ juxta quem ritum sint privatim recitandæ. 381, 2.
 Horarum canonicarum privata transmutatio an liceat. 387, 3.
 Horæ unius inversio inter alias an liceat. 388, 5.
 Horæ canonicæ pars omissa per oblivionem quomodo supplenda. ib.
 Horæ canonicæ unius ab alia interruptio an sit peccatum. 390, 9.
 Horæ canonicæ ejusdem partium interruptio an liceat, et quando. ib., 10-11.
 Horam canonicam interrumpere ob verba turpia vel indecentia, aliquando erit mortale. 391, 11.
 Horas canonicas omnes omitttere uno die, an sint septem peccata. 396, 17-18.
 Horas canonicas alternatim omitttere, id est, Primam recitando, non Tertiam et Sextam, recitando Nonam, quotuplex peccatum. 397, 20.
 Horas canonicas omittenti quæ pœnitentia imponenda. 409, 5.
 Horæ canonicæ privatim non est certum an dicantur nomine totius Ecclesiæ. 431, 12.

Horarum canonicarum septenarii numeri mysterium. 294, 6.
 Vide SEPTEM HORE CANONICÆ. XIV.
 Horas canonicas non tenentur recitare religiosi Societatis Jesu, antequam in Sacris ordinentur. Neque milites Sancti Joannis. XV, 283, 9.
 Neque novitii. 379, 19.
 Horas canonicas antepoenendi vel postponendi privilegium Societati Jesu concessum, quomodo intelligendum. XVI, 932, 9 et seq.
 Missam ante Horas canonicas dicendi privilegium iisdem religiosis concessum, quid operetur. 934, 4 et seq.
 Excommunicatus non potest Horas canonicas in choro, vel cum socio, recitare. 329, 13 — 330, 1.
 Non tamen liberatur onere eas recitandi privatim. 329, 14.
 Præcepto recitandi Horas canonicas obligat Ecclesia ad attentionem in illis recitandis. 90, 23.
 Unde si censura sit imposita propter ejus omissionem, incurritur si absque attentione profuerantur. 91, 26.
 Suspensus non liberatur obligatione recitandi privatim officium canonicum. XXIII bis, 16, 1.

HORMISDAS.

Hormisdæ Pontificis Romani pro Gratia et Augustino tuendo sollicitudo et auctoritas. VII, 282, 23.

HOSPES, ET HOSPITALITAS.

Hospites religiosi an obligentur legibus particularibus monasterii sui ordinis, si in eo aliquandiu commorentur. XVI, 140, 21 et seq.
 Vide PEREGRINI. XVI.
 Hospitalitas quam exacte in Societate servetur erga proprios religiosos; et quidem an hoc ab antiquis religionum fundatoribus sit maxime commendatum. 957, 8 et seq.

HOSPITALARIJ.

Hospitalariis quæ privilegia concessa circa decimas. XIII, 162, 5.

HOSPITALE.

Hospitalia laica non sunt materia simoniæ. XIII, 787, 11.
 Hospitalia ecclesiastica quæ sint. ib.
 Quæ habent administrationem spiritualem sunt materia simoniæ. ib.
 Quæ solum temporale regimen habent non sunt materia simoniæ contra jus divinum. 787, 12.
 Sunt tamen materia simoniæ contra jus positivum. ib., 13.

HOSTIA.

Vide EUCHARISTIA, § Species sacramentales, et
MISSA, § Missæ ritus. XXI.

HUMANA ACTIO.

Vide ACTIO HUMANA. IV.

HUMANITAS.

Si humanitas secerneretur a Verbo Divino, et in propria persona constitueretur, id per effecti-
nem aut realem dimanationem fieret, per quam
illi naturæ tribueretur proprius subsistendi
modus. I, 626, 11.
Humanitas cur non sit completa existensia personæ
humanæ, sed per Verbi Divini personalem exis-
tentiam compleatur. 597, 9.
Mysteria quæ in individuo existunt, et creduntur,
ut de humanitate Christi, et beata Virgine, ea
in patria videbuntur in particulari et individuo.
471, 7.

HUMANITAS, HUMANITAS CHRISTI.

Humanitas unita tribus personis non esset sanc-
tior neque venerabilior quam sit nunc uni tan-
tum conjuncta. XVII, 85, 61.
Humanitas Christi non prius fuit prævisa ut exis-
tens in esse naturæ quam prædestinata ad
unionem hypostaticam. 498, 3.
Humanitas et ejus subsistentia fiunt per actiones
alio modo in re distinctas et separabiles. 336, 21.
Humanitas Christi distincta actione formatur, et
Verbo copulatur. 337, 22.
Humanitatis Christi conceptio quoad modum fuit
supernaturalis, quoad subsistentiam vero natu-
ræ. ib.
Unio autem ad Verbum omnino supernaturalis. ib.
Humanitas Christi prius natura existit quam assu-
matur a Verbo. 339, 26.
Humanitas Christi si dimitteretur a Verbo, non
desineret esse simpliciter, sed subsisteret in
propria. ib.
Humanitas non advenit Verbo accidentaliter, nec
Verbum humanitati nisi substantialiter. 341, 3.
Humanitas est subjectum et non fundamentum
relationis ad Verbum. 353, 19 et seq.
In humanitate Christi fuit aliqua existensia creata
substantialis, sed incompleta. 361, 3.
Humanitas a Verbo dependet in subsistendo, quo-
modo non pendet a Patre vel Spiritu Sancto.
362, 6.
Humanitas non manet violenter in Verbo, et cur.
365, 13.
Humanitas Christi habet naturalem capacitatem
ad propriam subsistentiam, sed non appetitum.
366, 16.
Humanitas quomodo sit in Verbo. 367, 19.

Humanitati ratione unionis debetur major honor
quam cuilibet personæ creatæ. 377, 3.
Humanitas Christi ex vi suæ productionis non
habet gratiam unionis nisi concomitanter. 386, 6.
Humanitas Christi, vel anima non meruit, nec
mereri potuit electionem suam seu prædestina-
tionem ad unionem hypostaticam. 402, 5.
Humanitas Christi non est capax meriti. ib., 7.
Humanitas Christi seu anima non meruit suam
assumptionem, etiam de potentia absoluta. 403, 8.
Humanitas Christi prius natura quam assumatur
a Verbo, qualiter dici possit per se existens.
443, 10.
Humanitas natura sua non est capax subsistentiæ
communicabilis, bene tamen per potentiam
obedientialem. 484, 11.
Humana natura secundum dignitatem et secun-
dum necessitatem fuit a Verbo maxime assump-
tibilis. 496, 3.
Humanitatem aliunde quam ex stirpe Adæ Ver-
bum potuisset assumere. 510, 1.
Humanitas a Verbo assumpta est unica, individua
et singularis. 523, 2.
Humanitas hæc non de novo creata est, sed ex
stirpe Adæ concessa. 524, 5.
Humanitas Christi non prius tempore existit, quam
sit unita Verbo. 547, 1 et seq.
Humanitas, ut est quædam natura integra et to-
talis, assumptibilis est propria et adæquata
assumptione. 568, 13.
Humanitatem Christi unctam esse divinitate, Scri-
pturæ more idem est ac esse sanctificatam.
576, 5 et seq.
Humanitas non potest assumi in puris naturalibus,
id est nec grata, nec ingrata Deo. 579, 15.
Humana natura non potest a Verbo assumi non
nisi in statu naturæ integræ. 591, 4.
Humores omnes immediate fuisse Verbo unitos,
auctores tradunt, et probabilius est. 536, 1 et s.
Cur excrementa ab Aristotele vocentur. 536, 3.
Humanitas ita Verbo unita est, ut ubicumque sit,
illi unita sit. XVIII, 180, 6 et seq.
Humanitas in duobus locis existens quod in uno
habeat personalitatem propriam, et in alio illa
careat, et existat in Verbo, non implicat. ib.
Secus in eodem loco. ib.
Humanitas Christi ex vi solius unionis ad Verbum
non est facta potentior physice ad operandum,
quam ex natura sua esset. 91, 2.
Humanitas Christi organum fuit divinitatis. 97, 2.
Humanitas Christi non fuit principale principium
ad efficienda miracula, sed solum instrumentale.
100, 2.
Et eodem modo se habet respectu productionis
gratiæ. 101, 3.
Humanitas Christi per solam unionem ad Verbum

- non constituitur in actu primo ad operandum supernaturaliter. 113, 17.
- Humanitas Christi operari potest miraculose, ubi non est localiter præsens. 153, 3.
- Humanitas Christi non potuit efficienter operari antequam existeret, instrumentaliter physice. 154, 1 et seq.
- Humanitati Christi an fuerit communicata potestas creandi, vel an aliquando ea usa fuerit. 164, 18.
- Humanitas Christi ad quod miraculorum genus assumpta fuerit. ib.
- Humanitas Christi neque æterna, neque immensa dici potest. 179, 4.
- Humanitas Christi potuit toto mundo fieri præsens. ib., 5.
- Non est ita de facto. ib.
- Humanitas mutans locum secum fert unionem ad Verbum, et, ita mutata humanitate, nulla fit in Verbo mutatio. 180, 9.
- Humanitas Christi per unionem ad Verbum facta est impeccabilis. 188, 3 et seq.
- Humanitas Christi, ex quo incepit esse Verbo unita, habuit unicam invariata existentiã. 267, 19.
- Humanitatem Christi carere scientia beata et infusa, de absoluta Dei potentia non repugnat. 36, 3.
- Humanitas, considerata ut præcisa a Verbo, et amari et laudari potest. 385, 19.
- Summa excellentia, propter quam est adorabilis humanitas, est gratia unionis. 386, 20.

HUMILITAS.

- Humilitas quatenus necessaria sit ut oratio impetret. XIV, 94, 13.
- Humilitatis supremus gradus in submissione intellectus conspicitur. XVI, 964, 9.
- Varii alii gradus illius. 1025, 22 — 1026, 25.

IDEA.

- Idea est mensura rei, cujus est idea. I, 213, 17.
- Nomen Idea dicit de formali relationem, non secundum esse, sed secundum dici. ib., 16.
- Idea est exemplar, ad cujus imitationem artifex operatur. 210, 2.
- In Deo sunt Ideæ. ib., 3.
- Ideæ Divinæ sunt æternæ immutabiles et invisibiles. ib., 2.
- Ideas divinas esse ipsummet Verbum Divinum, seu formalem conceptum essentialem, quem Deus habet de creaturis. 211, 6.

- Humilitas qua specialis est virtus moralis, in quo consistat. 1026, 24.
- Humilitas quantum et quibus mediis in Societate procuretur. 964, 9-10.
- Humilitas Christi, maxime in ingressu religionis, proponenda et imitanda est. 963, 10.
- Humilitati debetur discretio spirituum. XIX, 310, 4.
- Quæ humilitatis motiva in Eucharistia, vide EUCCHARISTIA, § Institutio. XXI.

HUMORES.

- Quatuor humores corporis ab anima non informantur. III, 590, 6 et seq.

HYMNUS.

- Hymni ecclesiastici probantur. XIV, 274, 12.

HYPOSTASIS.

- Hypostasis vera, verumque suppositum est in Deo. I, 535, 13.
- Hypostases plures pluraque supposita in Deo sunt. 537, 8.
- Hypostasis est apta essentiam et suppositum significare. 538, 11.
- Nunc, ex omnium usu, tantum naturæ suppositum significat. ib.
- Hypostatice potest Deus uniri, alio compositionis modo, nec de potentia absoluta. 17, 8-9-10.
- Hypostasis græcæ, idem quod suppositum latine. XVII, 310, 2.
- Hypostasis vox imposita est ad significandam personam. 440, 2.
- Vide UNIO HYPOSTATICA. XXI.

HYSSOPUS.

- Quid sit. XIX, 587, 6.
- Quomodo spongia hyssopo circumposita ut Christo propinaretur acetum. ib.

I

- Inter has voces, Ideam scilicet, rationem, et exemplar, esse distinctionem. ib., 8.
- Divinas ideas in re non esse plures actu distinctas. 213, 14.
- Plures communi usu dicuntur ideæ divinæ. ib., 15.
- Ideas Divinas ratione distinguere possumus in ordine ad diversa objecta. ib., 14.
- Idea, prout in Deo est, res est absoluta. 151, 22.
- Deus habet ideas rerum omnium, quas per se et proprie facit aut facere potest. 212, 9.
- In Deo omnium singularum substantiarum completarum seu suppositorum sunt ideæ. ib., 2.

In Deo sunt ideæ accidentium. ib., 13.
 In Deo nec generum nec specierum ideæ dantur. ib., 11.
 Ideæ divinæ possunt esse medium cognoscendi creaturas, quia illas eminenter continent. 158, 43.
 Per visionem claram Verbi ideæ creaturarum non possunt distingui nec ratione. 148, 13.
 Impossibile est Ideam et artem cognosci, quin artificiatum cognoscatur. 149, 14.
 Relatio rationis, sub qua a nobis cognoscitur idea divina, non potest esse ratio cognoscendi creaturas. 151, 22.
 Idea quomodo differt ab exemplari. V, 93, 3.
 Ideæ pertinent ad causam exemplarem. XI, 306, 1.
 Idea quæ est in actu intelligendi Dei non se habet ut objectum repræsentationis creaturarum. 306, 4.
 Ideæ denotant rationem causæ. ib., 5.
 Ideæ divinæ videri non possunt, nisi Deus ipse intuitive videatur. XXV, 49, 44.
 Vide CAUSA. XXV.

IDEM, ET IDENTITAS.

Idem et negative et relative potest dici, et quomodo. XXV, 271, 2.
 Identitas rei, in seipsa secundum fundamentum considerata, est identitas simpliciter; secundum relationem vero secundum quid tantum; e contrario autem identitas rerum distinctarum in ratione communi. 272, 3.
 Identitatis tot genera, quot distinctiones. ib., 4.

IDOLOLATRIA.

Hæreticorum error non distinguendum inter idololatriam et superstitionem. XIII, 468, 3.
 Idololatriæ nomen variis rebus accommodatur. 480, 1.
 Idololatra dicitur, qui mortaliter peccat. ib.
 Quomodo actus latriæ concurrat in adoratione idoli. 482, 1-2.
 Idololatria alia vera, alia ficta. 485, 3.
 Omnis idololatria est falsa adoratio ex parte rei adoratæ, non ita ex parte adorantis. 483, 3-4.
 Ad idololatriam veram ex parte colentis requiritur existimatio divinæ excellentiæ in idolo. 484, 5.
 Ad falsam idololatriam non est necessaria existimatio divinitatis in idolo, secus ad veram. 486, 13.
 Idololatria falsa contra religionem est. 487, 14.
 Aliqua sunt signa determinata ad colendum Deum, quæ si idolo præbeantur, committitur idololatria. ib., 15.
 Alia non ita. ib.
 Cultus ab Ecclesia exhibitus Sanctis non involvit idololatriam. ib.

Idololatria sine idolis inceptit ab ignorantia veri Dei. 488, 2.
 Quæ cum idolorum cultu est, ex nimio affectu mortuorum orta fuit. ib., 3.
 Enos non fuit idololatra. 489, 5.
 Neque ab eo inceptit idololatria. 490, 8.
 In prima mundi ætate non fuit idololatria. ib.
 Incertum est quando cœpit. 490, 9.
 Fueritne prior idololatria cum imaginibus, an sine illis. 491, 11 et seq.
 Hoc peccatum est gravissimum. 492, 1.
 Sacrificium offerre creaturæ idololatria est. ib., 3.
 An gravior sit idololatria, quæ supponit mentis infidelitatem, an quæ supponit scientiam veri Dei. 493, 4.
 Primus modus idololatriæ datur cum errore intellectus. 492, 1.
 Secundus non involvit errorem mentis, habet tamen affectum verum colendi. ib., 3.
 Tertius solum habet affectum exhibendi externum signum, et hic levior est. 493, 5.
 Qui philosophi hanc idololatriam commiserint. ib.
 Probatur illam esse intrinsece malam. 494, 6.
 Tragædus fecte Deo offerens in theatro sacrificium non est idololatra. ib.
 Odium Dei et infidelitas sunt graviora peccata quam idololatria. 495, 12.
 Idololatria non includit formaliter odium Dei, neque infidelitatem. 496, 13.
 Non est tam grave peccatum, ut contraria Theologicis virtutibus. 496, 14.
 Excedit peccata opposita virtutibus moralibus. ib.
 Quomodo sit causa omnium vitiorum. ib., 15.
 Qui facit se coli ut Deum, causaliter est idololatra, et qui idololatriam alteri consulit. 497, 16-17.
 Gravespœnæ a Deo infliguntur pro idololatria. ib., 18.
 Quæ pœna statuatur ab Ecclesia homini baptizato pro idololatria. 498, 19.
 Non incurrit censuras latas contra hæreticos qui idololatriam committit sine interna infidelitate. ib., 20.
 Idololatria quando committatur in divinatione. 510, 22.
 Idololatræ cur nihil vere sacrum habere possunt, vide SIMONIA. XIII.
 Idololatriæ nomine, cur falsorum Deorum cultus significetur. XVIII, 557, 4.
 Idolum falsam imaginem significat, quæ vel repræsentat quod non est, vel quale non est. 650, 9.
 Idoli nomen in Scriptura semper in malam partem sumitur. ib.
 Idololatria tunc proprie committitur, cum adoratio soli Deo debita ei qui Deus non est communicatur. 648, 3.
 Erigere Deo imaginem, ut propriam ejus naturam, sicut est, repræsentet, idololatria. ib.

Error idololatriæ unde ortus. 648, 4.
 Varii modi antiquæ idolorum culturæ. ib.
 Idolodulia est aliquid honorare adoratione Sanctis
 debita, tali adoratione indignum. ib., 3.
 Idolorum usus qualiter ab imagine differat. 649, 7.
 Vide IMAGO. XVIII.
 Idololatriæ definitio. XXIV, 181, 6.

IDOLUM.

Quid sit idolum. XIII, 480, 2.
 Imago peccatoris, quæ colitur ut imago Sancti,
 est idolum. 481, 4.
 Omnis res creata quæ tanquam Deus adoranda
 proponitur, similiter. ib., 5.
 Non idola nuda adorabant Gentiles, sed ratione
 alterius rei. 486, 11.
 An Ninus primum fabricaverit idolum. 489, 4.
 Quæ fuerit idololatria cum idolis, et sine illis.
 491, 11.
 Incertum idola Ægypti corruisse ingrediente Jesu.
 XIX, 272, 7.

S. IGNATIUS, SOCIETATIS FUNDATOR.

S. Ignatii fundatoris Societatis humilitas in pro-
 prio nomine occultando. XVI, 558, 11.
 Eodem fere tempore natus est quo Lutherus in-
 sanire in Ecclesiam Dei cœpit. 576, 3 et seq.

IGNIS.

Ignis verus assumi non potest ad usum Missio-
 num Spiritus Sancti signorum sine miraculo.
 I, 818, 16.
 Ignem inferni metaphoricum esse, qui dicant.
 II, 1011, 3 et seq.
 Verum ac proprium esse concluditur, latissime.
 1012, 9 et seq.
 Ignis inferni ejusdem speciei est cum elementari.
 1015, 18-19.
 Non est tamen purum elementum. ib., 19.
 Nec illuminat, sed torquet. 1019, 31-32.
 Ignis inferni non torquet per solam imaginariam
 et falsam apprehensionem. 1022, 2-3.
 Nec per solam actionem intentionalem. 1023, 4
 et seq.
 Sed per realem et physicam efficientiam. 1027,
 17 et seq.
 Ignis quomodo agere realiter possit in purum
 spiritum. 1032, 30.
 Ignis alligat sibi dæmones, etiam effective, atque
 intra se continet. 1036, 9-10.
 Non solum alligando cruciat. 1037, 11 et seq.
 Sed qualitatem realem imprimendo spiritibus
 damnatis. 1041, 24.
 Non tamen imprimit calorem sensibilem. 1042, 26.
 Ignis causare nequit in dæmone dolorem sensi-
 bilem. 1043, 32.

Nec qualem in voluntate patitur anima conjuncta,
 quando corpus crematur. 1044, 33 et seq.
 Ignis in spiritibus producit obedientialiter quali-
 tatem spiritualem doloriferam. 1046, 41.
 Ignis quo pacto torquet dæmones apud nos ver-
 santes. 1063, 32 et seq.
 Vide etiam ANIMA. II.
 Ignis accretio fit per juxtapositionem ad extra.
 III, 497, 17.
 Cur non sit illa actio vitalis sicut in plantis. ib.,
 18-19.
 Ignem ali et nutriri, quo sensu dicatur. 498, 20.
 Vide ANIMAL. III.
 Igne comburendi hæretici. XII, 582, 4.
 Verus et sensibilis futurus in die judicii. XIX,
 1077, 3.
 Ad quem finem. ib., 4.
 Num ante vel post judicium futurus. 1078, 5.
 Ejusdem naturæ erit cum elementari. 1114, 2.
 Ignis elementaris non est purgandus in die judi-
 cii. 1112, 11.
 Ignis conflagrationis post diem judicii qualis fu-
 turus. 1114, 2.
 Ex qua materia fiet. ib.
 Causæ illius. 1115, 3.
 Magnitudo illius. ib., 4.
 Num mixta igne consumenda sint in die judicii, ut
 amplius non sint. ib., 5.
 Ignis supervacuum cum excrementis terræ post
 diem judicii in infernum detrudendus. 1116, 6.
 Ignis circularis in centro terræ existens, quorsum
 tenderet. XXV, 689, 6.

IGNORANTIA.

Ignorantia, vel aliquis alius defectus, an neces-
 sario præcedat in intellectu ut in voluntate detur
 peccatum. II, 809, 1.
 Vide INTELLECTUS. II.
 Omnis peccans est ignorans ex Aristotele, quo-
 modo intelligendum. 816, 4 et seq. — 824, 30
 et seq.
 Ignorantia in dæmonibus multiplex invenitur.
 978, 1.
 Ex ignorantia non peccarunt Angeli. 839, 1.
 Sed ex aliqua inconsideratione. 840, 4 et seq.
 Ignorantiæ quæstiones variæ remittuntur. IV,
 550, 4.
 Peccatum ex ignorantia, quid sit. 551, 5.
 Ignorantia vincibilis an sit per se peccatum vel
 potius ratione negligentiae. 558, 4, 1º loco.
 Ignorantia dicitur causa actus non directe, sed ut
 removens prohibens, quia removet scientiam,
 qua posita non fieret actus nisi in raro casu.
 212, 4.
 Ignorantiæ variæ divisiones explicantur. 213, 7
 et seq.

- Ignorantia potest esse causa voluntarii directe circa aliquod materiale objectum. 218, 6-7.
- Ignorantia potest esse non voluntaria, et concurrere ad actum voluntarium, sicut cognitio necessaria potest concurrere ad actum liberum. 218, 7.
- Ignorata conditio, seu circumstantia causat non voluntarium directum, et in se, respectu talis conditionis, etiam si ignorantia sit affectata. *ib.*, 8-9.
- Ignorantia antecedens causat simpliciter involuntarium non solum si involuntarium sumatur negative, quod est certum, sed etiam contrarie quod est probabile. 219, 10.
- Ignorantia concomitans, si sit omnino involuntaria, causat actum ignoratum omnino involuntarium. *ib.*, 11 et seq.
- Ignorantia concomitans et antecedens non distinguuntur, quando ambæ sunt omnino involuntariæ. 220, 17.
- Hoc vero intelligitur quantum ad actualem effectum, non vero virtutalem, at vero concomitanter ignorans non habet involuntarium aliquod actuale nec virtuale. *ib.*
- Ignorantia simpliciter voluntaria reddit affectum simpliciter voluntarium, sive illa sit consequens, sive comitans. 221, 18-19.
- Ignorantia an augeat vel minuat voluntarium, 222, 24.
- Ignorantiæ multiplex divisio. V, 469, 1.
- Ignorantia excusans factum ne sit peccatum, excusat debitum pœnæ in utroque foro. *ib.*, 3.
- Ignorantia non excusans a culpa gravi ob quam pœna legis lata non est, non excusat simpliciter a pœna, nisi in lege ita sit expressum. 471, 9.
- Ignorantia crassa an diminuat pœnam. *ib.*, 10.
- Ignorantia solius pœnæ regulariter non excusat pœnæ reatum. 472, 11.
- Ignorantia excusans a culpa mortali excusat a pœna gravi legis. 473, 16.
- Ignorantia irritationis aut prohibitionis an impediat effectum irritandi. 514, 4.
- Vide LEX NATURALIS. V.
- Vide VULNUS, STATUS. VII.
- Cur ignorantia antecedens libertatem tollat. XI, 17, 9.
- Ignorantia, etiam positiva, invincibilis, circa Deum potest stare cum fide infusa de eodem. XII, 345, 3.
- Ignorantia articulorum fidei est peccatum grave et ex suo genere mortale, aliquando veniale. 400, 3.
- Ignorantia mysteriorum fidei an per se peccatum, vel potius peccati effectus. 401, 5.
- Ignorantia mysteriorum fidei in quo subjecto sit, et in qua carentia formaliter consistat. *ib.*
- An tandiu quis peccat quandiu culpabiliter ignorat. 402, 6.
- Peccata ignorantiae an tot, quot fidei articuli ignorati. *ib.*, 7.
- Ignorantia fidei quomodo ab infidelitate differat. *ib.*, 8.
- Ignorantia negativa mysteriorum fidei potest esse in homine fideli invincibilis. 403, 9-10.
- An etiam ignorantia pravæ dispositionis, vide PECCATUM. XII.
- Ignorantia præcepti supernaturalis fidei in materia naturali aliquando est invincibilis. 429, 3 et seq.
- Item ignorantia præcepti naturalis in eadem materia. 431, 6 et seq.
- Quorum præceptorum fidei ignorantia invincibilis dari possit, aut non possit in homine infideli. 431, 7.
- Ignorantia an et qualis excuset ab hæresi, vide HÆRESIS. XII.
- Vide SIMONIA. XIII.
- Ignoratio Dei in contemplatione, quid sit. XIV, 169, 2.
- Ignorantionis nomine quæ cognitio a D. Dionysio dicatur. 174, 19-20.
- Ignorantia de Dei promissione orationi, quatenus excusabilis. 91, 3.
- Ignorantia de eo quod votum obliget, facit ut vovens non obligetur. 765, 7.
- An ignorantia annullet votum. 793, 2-3.
- Ignorantia varie distinguitur. 794, 6.
- Ignorantia proprietatum et conditionum substantialium voti, quatenus id irritent. *ib.*, 7.
- Ignorantia non deobligat volentem vovere quomodo alii vovent. *ib.*
- Ignorantiam habens de voto quod fiat Deo, nihil vovet. *ib.*, 8.
- Ignorantia circa materiam voti, quatenus id invalidet. 795, 9-10.
- Ignorantia circa circumstantias, quatenus invalidet votum. 795, 11-12.
- Ignorantia conditionum levium non impedit votum. 796, 14.
- Ignorantia circa finem vel motivum voti, quatenus id impediatur. 796, 14.
- Ignorantia de re substantiali, quæ tamen causat votum, non oportet ut sit invincibilis, ut invalidet votum. 797, 4-5.
- Ignorantia concomitans quæ, et utrum invalidet actum. 798, 6-7.
- Ignorantia positiva an irritet votum: 799, 8 et seq.
- Ignorantia privativa an invalidet votum. *ib.*
- Ignorantia duplex et qualis circa substantialia et accidentalia religionis. XV, 413, 3.
- Ignorantia causat involuntarium, vel saltem non voluntarium. 414, 4.

Differentia inter metum et ignorantiam, sive do-
lum. 413, 8-9.

Ignorantia duplex, vel per errorem et deceptio-
nem, vel per scientiæ privationem. 416, 9.

Vide DECEPTIO, et PROFESSIO. XV.

Pravæ dispositionis, et privativa. XIX, 307, 4.

Ignorantia excusans a culpa ob confessionem in-
debitam excusat ab iteranda confessione.

XXII, 443, 21.

Variæ ignorantiae divisiones traduntur. XXIII, 127,
3 et seq.

Ignorantia invincibilis excusat censuram. 128, 6.

Sive juris. sive facti. 130, 12.

Licet simul concomitans sit. 129, 9-10.

Non solum habitualis, sed etiam actualis incon-
sideratio. 130, 11.

Regula ad discernendum quando ignorantia sit
invincibilis juris sumenda est ex diligentia
adhibita ad jus sciendum. 131, 14 et seq.

Quomodo autem judicandum sit, an diligentia ad-
hibita fuerit sufficiens. 132, 18-19.

Qui ecclesiasticum præceptum invincibiliter igno-
rat, etiamsi contra jus divinum, aut naturale
agat, non incurrit censuram. 133, 20.

Sive præceptum Pontificium sit, sive Episcopale.
ib., 21 — 136, 11.

Ignorantia invincibilis de tota lege ferente censu-
ram, aut impedimentum justum, excusans ab
obligatione ejus, excusat censuram. 141, 9.

Ignorantia vincibilis, affectata omissa, duplici ex
capite provenit. 142, 11.

Omnis vincibilis ignorantia ad mortale sufficiens,
aut est crassa, aut supina. ib., 12.

Ignorantia crassa, aut supina, non excusat cen-
suram legis generalibus verbis rem prohibentis.
140, 4.

Qui ex ignorantia affectata transgreditur legem
censuram ferentem in temere aut ex præsump-
tione operantes, etc., non excusat illam. ib., 3.

ILLAPSUS.

Illapsus unius substantiæ in aliam, quid sit, et
quotuplex. II, 118, 13-14.

Illapsus quid addat supra intimam existentiam
duorum inter se. 439, 3.

Illapsus proprium Angelus in Angelum non vin-
dicat. 118, 15.

Inter spirituales substantias solus Deus illabitur
in alias. ib., 14.

Illapsus Dei in animam per gratiam est specialis,
etc. IV, 58, 8.

ILLEGITIMUS.

An sint illegitimi filii ex copula propriæ uxoris
et mariti in Sacris ordinati. Vide CONSTITUTIO.
XV.

Illegitimi non possunt eligi in Prælatos religionis.

XVI, 103, 28.

An illegitimæ possint eligi in Abbatissas, vide
ABBATISSA. XVI.

Filii illegitimi alii naturales, spurii alii. XXIII bis,
546, 4-2.

Filii ejus qui habet votum solemne castitatis,
quando legitimi, quando spurii sint. 547, 4 et
seq.

Aliqui sunt filii canonice illegitimi, qui naturaliter
legitime procreati sunt. ib., 4.

Filius genitus a parentibus, qui in foro externo
contraxerunt cum impedimento irritante, non
tenetur se gerere ut irregularis, nisi de mala
fide parentum ei constet. 553, 10.

Illegitimorum irregularitas a quo possit auferri.
554, 1 et seq.

Per legitimationem canonicam omnino aufertur
hæc irregularitas. 556, 7 et seq.

Per religionis professionem aufertur hæc irregu-
laritas ad ordines tantum. 558, 12.

Vitæ probitas per se non tollit illam. 560, 18.

ILLITERATUS.

Illiteratus est irregularis. XXIII bis, 563, 8.

ILLUMINATIO.

Illuminatio communis est Angelorum superiorum
ad inferiores. II, 700, 2.

Id præstare per scientiam a Deo immediate ac-
ceptam proprium est Angelorum assistentium. ib.

Illuminationem prædictam negavit Durandus. ib., 3.
Refutatur late. 700, 4 et seq.

Illuminare, purgare, et perficere, apud Dionysium,
est unica actio sub triplici habitudine. 702, 9.

Hæc illuminatio in Angelis est veluti species locu-
tionis. ib., 1.

In pura natura non daretur, quamvis daretur lo-
cutio. 703, 2.

Illuminatio quam differentiam superaddat locu-
tioni. Ea de re varia placita expenduntur latis-
sime. 703, 3 et seq.

Vera resolutio. 707, 16 et seq.

Illuminationis materia debet esse vera, et ignota
illuminatio. ib., 16.

Hæc materiæ sunt præcipue veritates contingenter
futuræ, ex præsentibus solæ cordis cogitationes,
et ex præteritis eæ quas, dum præsentibus essent,
non cognovit Angelus illuminatus. 708, 17.

Ad illuminationem angelicam pertinet etiam, ut
certum iudicium veritatis in illuminato cause-
tur. ib., 18.

Et ut tam veritas quam iudicium supernaturalia
sint, saltem quoad modum. 709, 19 — 721, 8.

Illuminationis descriptio germana ex dictis con-
cluditur. 710, 23.

Per illuminationem nullum effectum causari in illuminato, qui sentiant. 711, 2-3.
 Rejiciuntur. ib., 4 et seq.
 Quid in eo causetur, variæ sententiæ referuntur, ac refelluntur, latissime. 712, 6 et seq.
 Concluditur causari in illuminato speciem illius actus, quem per suam locutionem illuminans manifestat, ac etiam rem cognoscit, de qua illuminat. 717, 24 et seq.
 Maria Virgo non meruit etiam de congruo ut eligeretur in Dei matrem. ib., 2.
 Mariæ operibus defuit promissio et pactum, et connaturalis proportio cum divina maternitate. 427, 8.
 Mariam non eligit Deus in matrem quia virgo futura, sed elegit ut esset virgo, quia matrem decebat. 429, 3.
 Consentiens Angelo plus meruit quam omnes Angeli et homines sancti omnibus suis actibus. ib., 4.
 Supposita Dei ordinatione, ex nulla alia femina potuit Deus ita congruenter carnem assumere. ib.
 Non fuit electa in Dei matrem ex prævisis meri-

tis, sed in executione meruit illam dignitatem per sua opera. 429, 5.
 Vere dicitur et est mater Verbi. XVIII, 269, 25.
 Non est adoranda adoratione latræ, sed hyperdulæ. 652, Comment.
 Cur non dicatur naturalis Dei filia, licet dignitati matris connaturaliter debita fuerit gratia. 500, 40.
 Vide CHRISTI CONCEPTIO. XIX.

MARIE PARTUS.

Utrum B. Virgo Maria iter in Bethleem pedes confecerit, an asinæ insidens. XVI, 1023, 17.
 Vide Christi nativitas. Et de integritate in partu servata, vide MARIE VIRGINITAS. XIX.
 Maria non sensit tædia gravidarum. XIX, 82, 12.
 Quid egerit illis novem mensibus. 212, Præamb.
 Vere ac proprie peperit Christum. 16, 2.
 Et absque dolore. 214, 2.
 Non mere passive se habuit in partu, sed aliquo modo active. 213, 4.
 In Maria secundinæ fuerunt, sicut in aliis fœminis. 214, 1.
 Illas in partu non emisit. ib., 3.
 Quia sine ullis sordibus perfecta res est. 213, 4.
 Quomodo disparuerint. ib. 5.
 Partus Mariæ accidit sine ministerio alterius creaturæ. ib. 4.

MARIE PURIFICATIO.

Maria post Christum natum usque ad purificationem in Bethleem mansit. 262, Præamb.
 Lex imposita fœminis de purificatione quomodo intelligenda. ib., 1.
 A Maria servata. 267, 1.
 Quamvis maculam non habuit propter quam purificationem indigeret. ib., 2.
 Neque lege ipsa comprehenderetur. 268, 3.
 Maria in sua purificatione agnum non obtulit: sed par turturum, aut duos pullos columbarum, et cur ita. 266, 10.
 Lex de redimendis primogenitis in die purificationis explicatur. 262, 1 et seq.
 Maria quinque siclis filium redemit. 266, 10.
 Festum purificationis, etc. 269, 4.
 Origenis lapsus circa sacrificium, quod Maria obtulit in sua purificationem. 267, 12.

MARIE COMPASSIO IN CHRISTI MORTE.

Maria quid passa Filio patiente, etc. XIX, 691, 9.
 Non est passa eam affectionem, etc. 692, 10.
 Nihil indecorum egit, etc. ib.
 Constantia Mariæ in Christi passione. ib., 11.
 Maria Christo occurrit crucem portanti, etc. 564, 4.
 Sed non fuit inter eas mulieres, etc. ib.
 Exterius nullum signum perturbationis edidit: sed modeste constanterque pertulit omnia. ib.

SIGNA AMORIS DEI ERGA MARIAN.

Vide MARIE PRIVILEGIA, MARIE GRATIA, MARIE COGNITIO seu SCIENTIA, MARIE DIGNITAS; denique fere omnia, quæ de Maria Deipara dicuntur, huc pertinet. XIX.
 Deus Mariam plus amat, quam reliquos omnes sanctos. XIX, 294, 10.
 Maria magis Christo dilecta, quam reliqua Ecclesiæ pars. ib.
 Mariam Christus in cruce pendens Joanni commendat, et cur. 592, 10.
 Etiam propter specialem conjunctionem, quam secundum naturam humanam Christus habebat cum Maria, maximam ejus curam gessit. ib.
 Prima apparitio post resurrectionem Mariæ facta. 876, 2.

MARIE MORS.

Libellus de transitu Mariæ inscriptus apocryphus. XIX, 313, 1.
 Libellus alius de transitu Mariæ, etc. ib.
 Maria mortem obiit. ib., 2.
 Non vi corporalis morbi, sed vi amoris, etc. 314, 4.
 Mariæ morte charitatis actus, etc. 316, 3.
 Quo anno ætatis mors Mariæ accidit. 315, 9.
 Si Maria moreretur ante filii mortem, etc. 47, 41.

MARIE SEPULCHRUM.

Mariæ corpus statim post mortem in sepulchro repositum. XIX, 325, 1.
 Mariæ sepulchrum magnis miraculis, etc. ib.
 Situs est inter montes Sion et Oliveti in valle Josaphat, etc. ib.

MARIE RESURRECTIO.

Maria ad gloriosam et immortalem vitam resurrexit. XIX, 316, 4.
 Post triduum. 318, 11.
 Qua certitudine hoc tenendum. ib., 9.

MARIE ASSUMPTIO.

Mariæ post resurrectionem corporis, etc. XIX, 316, 4.
 Eodem die quo resurrexit. 318, 11.
 Insigni Angelorum comitatu. ib.
 Occurrente Christo atque in thronum, etc. ib.
 Cur assumpta dicatur ab Angelis. ib.
 Festum assumptionis Mariæ, etc. 316, 5.

MARIE BEATITUDO.

Mariæ anima in corpore mortali beata non fuit. XIX, 297, 1.
 Immediate post mortem vidit Deum. 316, 2.
 In perfectione beatitudinis et homines et Angelos superat. 319, 1.
 Non solum singulos, sed etiam omnes collective. 321, 7.

Videt in Verbo quidquid omnes illi.	319, 3.
Et quidquid Deus videt, etc.	320, 5.
In illa fuerunt omnes perfectiones, etc.	322, 1.
Prædita est aureola virginum.	ib.
Doctorum.	ib.
Martyrum.	ib., 2-3.
Excellentius, quam alii martyres.	323, 3.
Habuit perfectissimas corporis dotes.	ib.
Singularem etiam splendorem, etc.	ib., 4.
Constituit sub Christo specialem chorum, etc.	ib.

MARIE ÆTAS.

Maria, quo anno nupta.	XIX, 120, 2.
Quo anno Christum concepit.	ib.
Quo anno peperit.	314, 6.
Quo anno vidit orientem Filium.	ib.
Quo anno ipsa mortua.	ib. et seq.

MARIE CORPUS.

Mariæ corpus in sua specie maxime perfectum.	XIX, 14, 2.
Optimæ complexionis, etc.	ib., 3.
Maria corporis afflictionibus usa.	287, 8.
Mariæ corpus quodammodo initium humanæ salutis.	317, 7.

MARIE ANIMA.

Maria perfectissimam animam sortita.	XIX, 13, 5.
Definiri non potest, perfectione fuerit, quam anima Adæ, aut Evæ.	ib.
De perfectione supernaturali animæ Mariæ, vide	
MARIE GRATIA, SANCTITAS, etc. XIX.	

MARIE IMMUNITAS A PECCATO.

Maria excipienda a communi lege.	XIX, 23, 1.
Maria a peccato originali immunis, etc.	35, 8.
Spiritualiter nunquam mortua.	46, 40.
Cum Filium perdidit, etc.	60, 5.
Nec venialiter unquam peccavit.	62, 2.
Mariæ impeccabilitas, etc.	63, 6.
Quo sensu proferebat verba orationis dominicæ :	
Dimitte nobis debita nostra.	ib., 7.
Actum fomitis nusquam habuit.	66, 1 et seq.
A prima sanctificatione in illa fomes extinctus, etc.	68, 9.
Maria quomodo tentari potuit.	310, 4.

MARIE REDEMPTIO.

Maria a Christo redempta.	XIX, 28, 1.
Speciali modo.	43, 28.
Maria primogenita Redemptoris.	ib.
Ejus immunitas a peccato in gloriam Christi.	ib.
Potius venit Christus ad redimendam Mariam, quam alios omnes.	294, 10.

MARIE JUSTITIA ORIGINALIS.

In Maria fuerunt potissimi effectus originalis justitiæ, etc.	XIX, 69, 3-4.
---	---------------

Quo sensu habuerit donum, etc.	69, 5.
--------------------------------	--------

MARIE SANCTITAS ET GRATIA.

Virgo Maria non potuit a dæmone tentari per internam imitationem phantasie.	III, 327, 8.
Habuit peculiarem statum nature lapsæ conjunctum cum statu gratiæ et perfectæ innocentie, etc., non autem justitiæ originalis.	314, 47.
Inter Mariam et dæmonem per serpentem representatum inimicitie maximæ.	365, 10.
Vide etiam DECEPTIO, INNOCENTIE STATUS. III.	
Beata Virgo, a peccato originali præservata, gratiam simul cum natura adeptæ est.	VII, 183, 13.
In statu nature integræ concepta.	187, 4.
Hæc integritas personalis, non originalis fuit.	190, 1.
Licet habuerit integritatem nature, non habuit omnia privilegia status innocentie.	193, 8.
Beatam Virginem peccatum actuale non commisisse Ecclesia tenet.	292, 16.
Beata Virgo specialem dignitatem ex relatione ad filium consecuta est.	IX, 121, 9.
Beatæ Virginis justificatio habuit pro termino a quo peccatum non contractum, sed contrahendum, si non præveniretur.	127, 17.
Beatæ Virginis opera pœnalia de se satisfactoria erant.	207, 14.
Per illa pro se non satisfacit.	ib.
Beata Virgo originale non contraxit.	302, 5.
Beata Virgo. Vide MARIA. IX. VIRTUS. IX.	
Mariæ Virginis gratia a nullo justo æquabitur, etiamsi dum vivit, semper in illa crescat.	IX, 496, 8-9.
Mariæ Virginis confirmatio in gratia, qualis.	612, 13 et seq.
Mariæ Virgo habuit potentiam ad peccandum, licet nunquam peccaverit.	X, 28, 7.
Maria. Vide VIRGO. X, VIRGO MARIA. XII.	
Beata Maria Virgo a primo instanti conceptionis perfectionem a Deo accepit, illi tunc Deus abstulit fomitem, et infudit virtutes; in eo etiam elicit actum charitatis.	XV, 22, 7.
Votum perpetuum virginitalis emisit.	690, 19.
Vide BAPTISMUS. XV.	
Maria tripliciter sanctificata.	XIX, 27. Præamb.
In utero sanctificata.	ib., 1.
Per propriam dispositionem.	72, 1.
Et qualis illa fuerit.	73, 2.
Et quid per illam meruerit de condigno.	ib., 3.
Maria plenitudinem habuit, etc.	54, 1 — 56, 1 et seq.
Maria in gratia crevit ante filii conceptionem.	280, 1.
Quo sensu dicatur gratiam consummatam in conceptione Filii suscepisse.	282, 6.
Per dona gratiæ quantum possibile, etc.	284, 3.

Mariæ gratia ex opere operato interdum collata. 287, 1 et seq.
 Et quibus modis ac temporibus. ib.
 In Filii conceptione excellens, etc. 289, 8.
 Triplex gratiæ plenitudo in Maria, etc. ib.
 Gratia Mariæ in mortis instanti perfectior fuit, etc. 290, 1-2.
 Quod ex ratione meriti deducitur. ib.
 Pulchra collatio inter gratiam Mariæ et Angeli, etc. 291, 3.
 Probabile est Mariæ gratiam intensiorem, quam sit in omnibus sanctis hominibus et Angelis, etc. 292, 8.
 Omnis gratia aliarum creaturarum in Maria perfectissime existit. ib.
 Maria aquæductus gratiæ. 295, 12.

MARIÆ GRATIÆ GRATIS DATÆ.

Maria habuit donum prophetiæ, etc. XIX, 309, 1.
 Et gratiam interpretationis sermonum. 310, 3.
 Discretionem spirituum. ib., 4.
 Et gratiam sermonis, seu fidei. 311, 1.
 Et sermonem scientiæ et sapientiæ. ib., 2.
 Et donum linguarum. ib., 4.
 Et gratiam seu fidem miraculorum. 312, 5.
 Et quibus temporibus miracula patravit. ib.

MARIÆ CHARITAS ERGA DEUM ET PROXIMOS.

Mariæ charitas morte fortior fuit. XIX, 60, 5.
 Mariæ charitas erga homines. etc. ib., 6.
 Non ex ambitione, sed ex charitate, etc. 64, 8.
 Somnus Mariæ frequentibus charitatis actibus interruptus. 287, 8.
 Sola Maria plus diligebat Deum, etc. 294, 10.
 Actus charitatis, quo Maria diligebat Deum, non interruptus per mortem. 316, 3.

MARIÆ FIDES.

Mariæ fides perfectior, quam fides Adæ. XIX, 298, 4.
 Quam fides Abrahamæ, quando non dubitans, sed modum quærens, interrogavit : Quomodo fiet istud? 59, 3.
 Non dubitavit in fide cum dixit : Quomodo fiet istud? etc. ib.
 Mariæ fides in morte Filii. 60, 5.
 Maria propter fidei excellentiam, Mater credentium dicitur. 297, 3.
 A principio suæ sanctificationis habuit explicitam fidem Trinitatis, etc. 298, 4.
 In perfectione fidei superavit omnes doctores, etc. ib., 5.
 Et quare dicatur cunctas hæreses interemisse, etc. ib.
 Quomodo plus meruit illo actu fidei, quo Angelo nuntianti assentita est, etc. 293, 9.

MARIÆ SPES.

Virtutem spei habuit in gradu perfectissimo. XIX, 58, 1.

MARIÆ VIRGINITAS.

Mariæ virginitas in sacra Scriptura significata. XIX, 79, 3.
 Et præfigurata. 80, 5.
 A principio usus rationis habuit absolutum positum virginitatis servandæ. 99, 3.
 Quod etiam in lege veteri melius esse poterat. 101, 7.
 Maria virginitatem suam vovit. 102, 1 et seq.
 Ante Filii conceptionem. 103, 5.
 Ante matrimonium etiam contractum. 105, 8.
 Non tamen voto solemniter. 108, ib.
 Prima fuit quæ votum virginitatis emisit, etc. 106, 1.
 Virginitas et fœcunditas in Maria conjunctæ. 86, 12.
 Maria in Filii conceptione virginitatem non amisit. 82, 10.
 Neque in partu. 83, 3.
 Sed potius Christi nativitate aucta. 87, 13.
 Quo sensu Christus Mariæ vulvam aperuit. 86, 12.
 Post partum etiam, nulla via, amisit virginitatem, etc. 88, 1 et seq.

MARIÆ OBEDIENTIA.

Maria legis observationi subjecta. XIX, 262, 1, 1^o loco — 268, 3.
 Quando obediendo meruerit. 293, 9.
 Mariæ obedientia erga Deum. 60, 6.
 Filii mortem maxima constantia pertulit. ib. — 692, 11.

MARIÆ CONTINENTIA ET POENITENTIA.

Quomodo fuerint in Maria hæ virtutes. XIX, 58, 2.

MARIÆ VITA ACTIVA ET CONTEMPLATIVA.

Maria semper habuit Deo fixam mentem. XIX, 286, 7.
 Habuit perfectissimos actus vitæ, etc. 285, 4.
 Et quomodo hos actus per totam vitam exercuerit. ib. et seq.
 Optimam partem vitæ contemplativæ elegit. 300, 4.

MARIÆ USUS SACRAMENTORUM.

Mariæ applicatum illud sacramentum institutum in remedium originalis. XIX, 287, 1.
 Sacramentum baptismi a Filio recepit. 288, 2.
 Sacramentum Eucharistiæ frequenter recepit. ib.
 Et sacramentum confirmationis, etc. ib., 4.
 Num sacramentum extremæ unctionis, etc. ib. 5-6.
 Aucta est ei gratia per baptismum. XX, 166, 18.
 Capax fuit baptismi, licet non potuerit per illum primam gratiam recipere. 264, 2.
 A quo, et quando baptizata, vide CHRISTUS. XX.

MARIE COGNITIO, SAPIENTIA ET SCIENTIA.

Maria in primo instanti conceptionis.	XIX, 70, 2.
Potissimum circa Deum et Christum.	71, 4.
Per actum fidei perfectum, etc.	ib., 5.
Et facultas utendi ratione permanens fuit.	ib., 7.
Sapientia Mariæ ab Spiritu Sancto, etc.	299, 1.
Ab Angelis etiam nonnunquam, etc.	ib.
Num ab hominibus aliquid divinorum mysteriorum didicerit.	ib., 2-3.
In sapientia profecit assidua lectione divinarum Scripturarum, etc.	300, 4.
Experimenta etiam ipsorum effectuum aliqua divi- na mysteria evidentia naturali, seu morali agnovit.	ib., 5.
Qualis fuerit hujusmodi cognitio.	301, 1.
Fidei cognitionem non excludebat.	302, 2.
Habuit scientiam supernaturalem, etc.	ib., 3.
Habuit theologicam scientiam infusam, etc.	303, 5.
Quo tempore hæc scientia illi infusa.	ib., 6.
Quibus incrementis.	ib.
Non habuit scientiam per se infusam, etc.	304, 8.
Nec scientiam naturalium rerum, etc.	306, 2.
Habuit per accidens infusam eam cognitionem rerum naturalium vel moralium, etc.	ib., 3.
Quando illi infusa hujusmodi scientia.	307, 4, 1 ^o loco.
Nunquam habuit errorem, aut ignorantiam præ- væ dispositionis.	ib., 4, 2 ^o loco.
Non omnia semper scivit.	308, 6.
Admiratio quomodo fuit in Maria.	309, 8.

MARIE REVELATIONES.

Probabile, Mariam in hac vita interdum elevatam ad videndam clare divinam essentiam.	XIX, 304, 2.
Extra Verbum habuit in hac vita varias revelationes.	305, 6.
Ea hora qua Filium concepit, etc.	ib.
Post ascensionem Filii frequenter ab illo visitata.	ib.
Qualis cognitio Mariæ in revelationibus commu- nicata.	306, 7.
Falso Cedrenus scribit revelatione cognovisse fu- turam se matrem Dei, etc.	115, 4.

MARIE DIGNITAS.

Concilium Ephesinum pro tuenda Mariæ digni- tate congregatum.	XIX, 2, 6.
Maria singulari modo domina, etc.	44, 29.
Habet speciale jus et dominium in omnes crea- turas. Plura in sequenti paragrapho.	326, 4.

MARIA MATER DEI.

Contra Nestorium late probatur.	XIX, 5, 9.
Vere ac proprie naturalis mater.	200, 3.

Quamvis in aliquo sensu dicatur etiam mater miraculosa.	201, 4.
Cur Christus Mariam aliquando mulierem vocat, nunquam matrem.	4, 5.
Maria dici non posset Mater Dei, nisi Verbum di- vinum in ipso instanti conceptionis humani- tatem terminasset.	6, 12.
Ut sit vera mater non est necesse, etc.	ib., 16.

MARIE RELATIO CUM ANGELIS.

Maria Virgo supra tres Angelorum Hierarchias sedem habet.	II, 67, 19.
Omnes in beatitudine excedit.	647, 16.
Beatissimam Virginem in Verbo viderunt a prin- cipio sancti Angeli.	653, 10.
Imo in via aliquid de illa per fidem Angelos acce- pisse verisimile est.	ib.
Mariæ Virgini, dum assumeretur, supremi etiam Angeli cum Christo occurrerunt.	699, 47.
Maria Virgo habuit Angelum custodem.	754, 21.
Imo duos habuit ex Abulensi.	755, 24.

MARIE APPARITIONES.

Maria Virgo an aliquando in propria persona alicui post assumptionem apparuerit.	II, 787, 23.
In carne mortali apparuisse Apostolo Jacobo in Hispania prudenter ac pie creditur.	ib.
Beata Virgo adhuc vivens apparuit Jacobo in urbe Caesar-Augustana.	XIII, 289, 16.

MARIE CULTUS, ORATIO.

Incarnationis festum est Christo et Virgini dicatum.	XIII, 258, 2.
Circumcisionis festum similiter et Præsentationis.	260, 8 — 261, 10.
Conceptio Virginis potuit ab Ecclesia sub præ- cepto constitui.	281, 2.
Non est huc usque ad præceptum impositum.	282, 3.
Hoc festum initium habuit in Anglia.	ib.
Nativitas Virginis sub præcepto universali obser- vatur.	282, 4.
Quando celebrari cœperit.	ib.
Festum Præsentationis non est præcepti, sed de- votionis.	283, 6.
Visitationis festum quando cœperit.	ib., 7.
Non observatur sub præcepto universali.	ib.
Purificatio numeratur inter quatuor præcipuas Virginis solemnitates.	ib.
Assumptionis festum de jure communi observatur.	283, 8.
Non est de jure divino.	284, 9.
Ab Apostolis manasse probabile est.	ib.
Festum B. Mariæ ad nives.	284, 10.
Expectationis festum proprium est Hispaniæ.	ib.
Descensionis similiter.	ib.

Nulli Sanctorum, excepta Virgine, duo dies sub præcepto servantur. 287, 8.
 Maria Virgo videt omnia quæ Deus in Ecclesia operatur. XIV, 46, 5.
 Maria Virgo in somno et in instanti conceptionis meruit. 200, 5.
 Maria Virgo pro nobis in cælo orare, est de fide. 257, 9.
 Maria Virgo quomodo dare dicatur. 261, 22.
 Maria Virgo in instanti conceptionis vovit. 787, 14.
 Mariam Virginem salutare cum dantur signa, an teneamur. 235, 11.
 Maria Virgo coli debet hyperdulia. XXIV, 151, 4.
 Mariæ Virginis subsidium invocandum mortalibus. 153, 8 et seq.
 Maria Virgo sine sollicitudine aut incommodo semper propitia est hominibus, ac pro eis intercedit. 154, 11.
 Mariæ Virginis imaginum cultus catholicus et decens, præcipue Romæ. 644, 13.

MARIA REGINA ANGLIÆ.

Maria, regina Angliæ, fidem catholicam, instauravit. XXIV, 6, 7.

MARIE.

Maria Cleophe eadem fuit, quæ Maria Jacobi. XIX, 92, 8.
 Historia de tribus Mariis filiabus Annæ fundamentum non habet. 94, 12-13.
 Maria soror Moysis num virgo fuerit. 107, 2-4.
 Maria Magdalena una tantum fuit. 879, 6.
 Soror scilicet Lazari. ib., 7.
 Peccatrix illa. 880, 9.
 A qua Christus septem dæmonia ejecit. 879, 7.
 Quæ domini pedes unxit, cuique Christus primo apparuit. 880, 9-10.

MARITUS.

Maritus quatenus possit imperare uxori. XIV, 1055, 3.
 Maritus quatenus potest uxoris vota irritare. Vide VOTI IRRITATIO. XIV.
 Maritus quatenus possit vovere peregrinationem, invita conjugē. 1058, 13.
 Maritus aliqua potest vovere, quæ non potest uxor. ib.
 Vide VOTUM RELIGIONIS, CASTITAS SIMPLEX, et CONJUGATUS. XIV.

MARTYR, MARTYRIUM.

Martyr in die iudicii resurget in ordine martyrum, et sic alii beati unusquisque in ordine suo. I, 120, 4.
 Omnes martyres innocentes, id est, infantes ante usum rationis, æquales erunt in gratia, et visione. 120, 7.

Martyrium propter legem naturalem, an dari queat, sine gratiæ auxilio. VII, 578, 21.

Actui externo martyrii aliquod præmium quasi ex opere operato respondet, quod internæ voluntati, ac merito operantis non debetur. X, 36, 21.

Idem dicendum de præmio Virginitatis et Doctoris. ib.

Martyrii perseverantia, vide PERSEVERANTIA. X.

Martyres, junctis martyrii ipsorum circumstantiis, quantum fidei christianæ conferant credibilitatem. XII, 122, 6.

Suos etiam martyres ut multæ hæreses obtendant. ib.

Catholicorum martyrum peculiare circumstantiæ expenduntur. ib.

Passio martyris non est effective ab ejus voluntate, est tamen objective voluntaria. XIII, 81, 11.

An martyrium sit actus designatus ad cultum Dei, 87, 1.

Privilegium martyrii ante Christi adventum cœpit. XX, 532, 24.

In quantum actus fortitudinis, non reperitur in infantibus; secus, qua est actualis mors pro Christo. 537, 7.

Requiri in adultis actum honestum et supernaturalem, quo velint pro Christo mori, et veram fidem supernaturalem profiteri. 538, 4-5.

Non est de ejus ratione, procedere ex formali dilectione Dei super omnia. 539, 6 — 549, 18-19.

Confert gratiam martyri in aliquo instanti vitæ, in quo videtur mors naturaliter inevitabilis. 533, 25.

Existens in mortali, data occasione martyrii, tenetur conteri, licet attritio possit ex accidenti sufficere. 545, 8 — 546, 10.

Martyrum sanguine facta est Ecclesia fecundior. XXIV, 95, 4.

Martyrum sanguine est vera fides illuminata. 96, 6.

Martyrium quali morte præstetur. 99, 1 et seq.

Martyr nullus erravit in ullo fidei decreto. 98, 12.

Martyrii laudem nullus hæreticus habere potest. 100, 5 et seq.

Martyr est qui occiditur propter honestum actum religionis, etiam si non esset sub præcepto. 727, 14.

Martyr est cui, religionis catholicæ causa, immatura mors accelerat. 729, 19.

Martyrii palmam magna ex parte consequetur, qui usque ad mortem in tribulationibus et laboribus pro catholica fide constanter perseverat. ib., 20-21.

MASSA.

A pane cocto differre, verisimilius. XX, 808, 4.
 Vide EUCHARISTIA. § Materia. XX.

MASSILIENSES.

- Massilienses auctores fuere erroris Semipelagianorum. VII, 241, 5.
 Massiliensium sententia ab Augustino, Prospero et aliis reprobatur. VIII, 323, 2.

MATER.

- Mater an possit uti medicina qua sciat interficiendam prolem. XII, 756, 18-19.
 Mater, vide CHARITATIS ORDO. XII.
 Mater an possit irritare vota impuberum vivo patre; XIV, 1066, 14.
 Vide VOTORUM IRRITATIO. XIV.
 Mater potest irritare indirecte vota nonnulla filiorum. 1071, 21.
 Mater non potest irritare directe vota filiorum, sed tutor. 1072, 22.
 Vide PARENS, et PATER. XV.
 Matrem jamjam morituram non licet aperire, ne proles sine baptismo moriatur, posset tamen ob id accelerari supplicium, si morti esset damnata. XX, 447, 2-3.

MATERIA.

- Materia prima habet suam propriam entitatem et proprium actum entitativum, et proprium esse. I, 212, 13.
 Proprio et distincto conceptu cognoscitur materia prima. ib.
 Materia prima fit, et conservatur propria quadam actione creativa et conservativa, licet partiali. ib.
 De potentia Dei absoluta potest sola produci. ib.
 In Deo esse propriam ideam materiæ primæ. ib.
 Materia signorum missionis Spiritus sancti fuit aerea. 816, 9.
 Materia prædestinationis quænam sit. 242, 2.
 Materia prima spiritualis impossibilis est. 14, 5.
 Materia incapax molis a quibusdam falso admititur. II, 31, 1.
 A materia tantum provenire numericam distinctionem, falsum est. 68, 4.
 Materiales res, quomodo cognoscat Angelus, vide COGNITIO DE MATERIALIBUS. II.
 Materia informis, quid: variæ sententiæ, quæ refelluntur. III, 42, 1 et seq.
 Materia prima, altera pars substantialis compositi physici, a Deo creata ex nihilo. 44, 8.
 Materia prima non fuit creata in aliqua reali duratione ante cælum et terram. 45, 9.
 Neque post illa. ib.
 Materia prima non fuit creata informis, id est, absque forma substantiali. ib., 10.
 Et sequentibus potuit tamen ita creari. 46, 11.
 Nec fuit creata cum sola forma corporeitatis. ib., 13.

- Materia terræ et aquæ sub propriis formis earum creata. 47, 15-16.
 Materia cœlestis et sublunaris an specie differant, remissive. 27, 1.
 Materiæ gravitas sufficiens ad obligationem gravem unde colligenda. V. 271, 1.
 Materia, nude spectata levis, potest ex circumstantia fieri gravis. 272, 4.
 Materiæ gravitas ad legem civilem. Vide LEGIS CIVILIS OBLIGATIO. V.
 Materiam legis positivæ posse esse in omnibus virtutibus, præsertim principalibus et cardinalibus. 274, 10.
 Materia temporalis et spiritualis, quæ. 370, 6.
 Materia orationis est res postulata. XIV, 22, 14.
 Materia orationis vocalis. 270, 1.
 Materiæ levitas, quando minuat peccatum. 683, 4.
 Materiæ levitas facit peccatum mortale veniale. 1026, 5.
 Materiæ gravitas vel levitas, unde petenda. 1028, 10 et seq.
 Materia prima assumi potest sine forma, atque adeo sine natura integra atque completa. XVII, 514, 2.
 Habet suum actum entitativum, et sine forma conservari potest. ib.
 Materia est propter formam, et si aliquo modo sistit, solum est ut objectum formæ. 540, 4.
 Prius natura habet esse a causa prima, quam informetur forma. 557, 3.
 Prius natura est subsistens, quam uniatur formæ. ib., 4.
 Materia Christi in triduo fuit unita Verbo. ib.
 Per ordinem ad determinatam formam, determinatam accipit quantitatem, et quomodo. XX, 773, 2.
 Licet naturaliter informari duabus formis non possit, bene tamen supernaturaliter. XXI, 105, 6.
 Materia prima, et per negationem prioris, et per respectum ad secundam, talis dicitur; et quæ hæc. XXV, 396, 3.
 Materiam primam necessario ponendam ex necessitate primi subjecti, rerum continuata vicissitudine, specialibusque mutationibus, et ex necessaria resolutione ad unum primum subjectum late ostenditur. ib., 4 et seq.
 Materiam primam omnium sublunarium esse unam variis antiquorum philosophorum deliramentis impugnatis, ostenditur. 401, 8.
 Materia non est aliquod ex elementis. 403, 6 et s.
 Nec corpus aut substantia completa simplex, aut quoquo modo composita. 404, 9.
 Materia prima generabilium stabilem atomamque speciem sibi vendicat. 407, 18.
 Quam sive unita formæ, sive separata semper retinet. 535, 10.

- Materia non habet a se actualem entitatem sine causa efficiente. 413, 15.
- Non tamen potuit nisi per creationem produci. ib., 16.
- Sicque productam fuisse. 750, 20.
- Nec potest nisi per annihilationem, ut pote incorruptibili, desinere. 414, 17.
- Materia prima cum omni proprietate dici potest habere actum entitativum. 415, 6-7.
- Materia, etsi pura potentia, metaphysicum actum non excludit; imo et ipsa quodammodo entitativus actus dici potest. 416, 9-10.
- Materia solum est pura potentia respectu actus informantis proprie et simpliciter dicti. 417, 11.
- Materiam esse puram potentiam, et esse in pura potentia, diversa sunt, sicut et materiam esse actum, vel esse in actu. ib., 12.
- Materia metaphysice composita ex actu et potentia non physice. 418, 14.
- Materia ut pura potentia, qualiter æquiparetur actui puro. 419, 19.
- Materia non est potentia ad omnem latitudinem substantiæ, sed solum ad formam, et ad esse compositi. 420, 20.
- Materiæ divisio in ex qua, in qua, et circa quam, exponitur. 395, 1.
- Materia transiens et immanens, quæ. 396, 2.
- Materia non est prima radis distinctionis individuorum. 163, 5.
- Materia quo sensu incommunicabilis. ib., 6.
- Materia in instanti generationis non posse intelligi sigillatam per aliquem modum substantialem, et accidentalem ad hanc vel illam quantitatem, vel ad has dispositiones prius natura quam recipient formam, supposito quod accidentia in toto composito recipientur. 170, 22 — 427, 11.
- Materia non sigillatur ex aliquo, quod agens in ipsam agat, vel ex vi præcedentium dispositionum, nisi ut plurimum negative et extrinsece. 171, 26-27.
- Materia eadem numero quæ fuit in corrupto manet in genito. 175, 3.
- Materia respectu generationis et rei genitæ principium est per verum influxum, diversum tamen. 374, 7.
- Materia secundum se directa cognitione est cognoscibilis a Deo et Angelis; semper tamen cum ordine ad formam. 420, 1-2.
- Materiæ primæ idea in Deo necessario ponenda. ib., 1.
- Materiæ cognitio in nobis, licet per proportionem ad artificialium materiam inquiratur, pertinet tamen ad proprium conceptum ejus. 421, 3.
- Materia suam perfectionem et bonitatem habet; quo autem sensu dicatur non bona simpliciter. 353, 24.
- Materia sitne omnium entium imperfectissima. 442, 11.
- Materia omnium generabilium una est specie, et intra eam numericam habet diversitatem, estque una positive. 441, 10.
- Materiæ naturæ non repugnat in diversas specie materias multiplicari. ib.
- Materia invisibilis, ex qua Deus dicitur, Sapient. 11, mundum creasse, quæ sit. 449, 30.
- Materia hæc an ita infima, ut nequeat ulla inferior esse. 453, 6.
- Materia prima quomodo sit principium substantialis mutationis, declaratur. 457, 8.
- Materia et quantitas mutuo se in quocumque composito inferunt. 459, 15.
- A materia etiam proveniunt proprietates substantiæ materialis. XXVI, 485, 11.
- MATERIA AD FORMAM ET QUANTITATEM COMPARATA.**
- Materia prima propriam habet entitatem ab entitate formæ distinctam. XXV, 409, 2.
- Quam a se habet, et non a forma, non tamen sine transcendentali ordine ad illam. 411, 9 et seq.
- Materia prima propriam habet existentiam, non sibi communicatam a forma, habet tamen dependentem ab illa. 412, 13 — 527, 9.
- Vide etiam verbo EXISTENTIA. XXV.
- Materia non potest naturaliter existere sine forma. 527, 9.
- Secus de potentia absoluta. 533, 3.
- Materia ut sine forma servetur, quid ex parte Dei de novo præstandum. 534, 7.
- Materiam solum pendere a forma, ut a conditione necessaria, non ut a vera causa a priori, ut probabilius resolvitur. 530, 17 — 426, 8.
- Materia dependentia a forma non tollit quin immediate suscipiat accidentia. 474, 10 et seq.
- Materiam non esse modum formæ, nec e contra, etiamsi de potentia absoluta non essent invicem separabiles, ostenditur. 410, 4.
- Quælibet materia est capax cujuslibet individue formæ, etiam ejus quæ aliam materiam numero diversam informat. 184, 11.
- Materiam simul posse esse causam materialem formæ substantialis et quantitatis ostenditur. 475, 14.
- Materia prius ordine intentionis respicit formam quam quantitatem; executionis vero non ita. ib.
- Materia prius unitur quantitati quam substantiali formæ. 476, 18.
- Materiam esse immediatum susceptivum accidentium materialium, non vero totum compositum, ex professo traditur. 474, 10 et seq.
- Materiæ inhærere posse quantitatem, et aliquando ei soli inesse. 483, 36.

Materia semper est immediatum subjectum quantitatis, licet in substantiis omnino materialibus oppositum sit probabile. 487, 44 et seq.
 Materiam media quantitate formam substantialem recipere, quo sensu verum. 493, 59.
 Materia prima naturalis potentia est ad animam rationalem. XXVI, 650, 18.

MATERIA CŒLI IN SE ET AD NOSTRAM COMPARATA.

Materiam cœli specie differre a nostra, probabilius. XXV, 443, 13.
 Materię cœlestium orbium inter se specie diversę. 446, 20 et seq.
 Materia cœli cur respiciat formam inseparabilem, corruptibilis vero non ita. 447, 24.
 Materia cœli longe perfectior nostra. 432, 5.

MATHEMATICÆ DISCIPLINÆ.

Mathematicę et metaphysicę in certitudine comparatio. XXV, 43, 22 et seq.
 Mathematicę res perfectionem habent. 352, 19.
 Mathematicę quam abstractionem a materia respiciant. Vide ABSTRACTIO. XXV.

MATHEMATICUS.

Mathematicorum conjectura circa puerorum natiuitatem debilis est. XIII, 527, 11.
 Sixtus V non prohibuit omnino illorum iudicium circa puerorum inclinationem. 527, 12.

MATRICIDA.

A matricida non est accipienda oblatio. XIII, 103, 9.

MATRIMONIUM.

Matrimonium an præstaret virginitati in statu innocentię, vide VIRGINITAS. III.
 In eo statu fuisset etiam consummatum. III, 382, 6 et seq.
 Per consummationem amitteretur virginitas in statu innocentię. 385, 1 et seq.
 Matrimonium secundum contractum vivente priori conjuge, esse nullum, jure naturę. V, 131, 3.
 Vide IUS. V.
 Matrimonium inter fratres vel inter patrem et filiam nullum esse jure naturę. ib.
 Et nihilominus valet ob necessitatem propagationis. 158, 14-15.
 Matrimonium metu gravi contractum esse nullum. 515, 9.
 Matrimonia prohibita in lege veteri nunc valere quando legi naturę non repugnent. VI, 544, 5.
 Matrimonia nunc non dissolvuntur per repudium. 545, 8.
 Matrimonium unde habeat indissolubilitatem. 586, 20.
 Matrimonium peccaminosum. Vide ACCESSUS. VI.

Matrimonium contrahere est opus bonum, non tamen præceptum, nec in consilio. X, 27, 5.
 Illius notanda differentia a reliquis sacramentis. XIII, 680, 6.
 Vide SIMONIA. XIII.

Matrimonium per procuratorem est nullum, si ante fuit procuratio revocata. XIV, 628, 6.
 Matrimonium metu factum, quo jure irritetur. 783, 9.
 Matrimonium quatenus requirat signa externa. 808, 11.
 Matrimonium per se non est materia voti. 869, 2.
 Matrimonium quando potest esse materia voti. 871, 8.

Vide VOTI MATERIA. XIV.

Matrimonium dubium, pro quo habendum. 939, 16.
 Matrimonium post votum, ad quid valeat. 988, 6.
 Qui ducit uxorem habentem votum castitatis, quamvis eam induxerit ad nubendum, non peccat postea utendo matrimonio. 990, 12.
 Inhabilitas ad matrimonium non oritur per se, nec ex voto castitatis, nec ex aliqua consecratione aut benedictione humana. XV, 140, 7.
 Neque ex traditione religiosa. 156, 3.
 Oritur vero ex jure ecclesiastico. 160, 5 et seq.
 Inhabilitas ad matrimonium, ut possit induci, supponit auctoritatem publicam et supernaturalem. 158, 9.
 Non est inhabilis ad matrimonium qui vere se tradit religioni, non tamen habet animum vendendi, nec se obligandi ad castitatem. 159, 2.
 Impedimentum sequentis matrimonii est habitus religionis assumptus, etiam sine professione. 353, 7-8.

Item professio nulla, quando ex illa manet votum simplex castitatis. 531, 20.

Vide VOTUM RELIGIONIS, VOTUM CASTITATIS, PROFESSIO, CASTITAS SIMPLEX, CLERICALIS, ET SOLEMNIS, item CONSECRATIO, CLERICUS, SERVUS, ORDO, RELIGIOSUS, SOCIETAS JESU. XV.

Matrimonium consummatum sine consensu alterius conjugis inhabilitat ad ingressum religionis invalidando illum. 303, 5.

Matrimonium contrahens post baptismum cum voto castitatis antea facto nullam incurrit penam. 826, 18.

Matrimonium sub conditione, etiam per verba de præsentibus, impleta conditione, non incipit esse matrimonium, donec replicetur. 452, 18.

Qui ita contraxit, impleta conditione, tenetur præbere consensum, et ad id cogi potest. 433, 20.

Matrimonium semel nullum nunquam incipit esse validum etiam ablato impedimento propter solum temporis fluxum. 510, 3.

Ut matrimonium nullum ratificetur, non est necessarium ut uterque consensus eodem tempore

- exprimatur, sed satis est eundem consensum præsumptive concurrere. 517, 19.
- Conjugi etiam juranti se invalide contraxisse matrimonium, ex quocumque defectu occulto, non creditur in iudicio, nisi aliunde interveniat sufficiens probatio. 533, 5.
- Si quis ex metu cadente in constantem virum contrahat matrimonium, et postea in foro externo metum probare non possit, potest in conscientia de facto se separare et fugere, nisi aliunde ad aliud obligetur. 535, 9.
- In matrimonio rato, in nullo casu, etiam gravissimæ necessitatis, potest Episcopus dispensare. 490, 5.
- Matrimonium ratum nunquam dissolvitur ex natura rei, sed solum per superioris potestatem. 490, 6.
- In matrimonio rato potest Papa dispensare. 475, 6 — 486, 21.
- De facto dispensavit Gregorius XIII. 475, 6.
- Matrimonium ratum et consummatum non potest dissolvi per dispensationem, etiam a Papa. 487, 23.
- Nullum præceptum positivum datur obligans omnes et singulos homines pro aliquo tempore ad matrimonium contrahendum. 683, 4.
- Dabatur vero naturale, obligans solum primos homines ad humanam propagationem, tam pro statu innocentie quam naturæ lapsæ, pro tempore illo necessitatis. 684, 6.
- Post illud vero tempus necessitatis, nullum hominem in particulari obligabat. 685, 7.
- In lege veteri nullum præceptum matrimonii contrahendi fuit, neque in lege gratiæ est. *ib.*
- Matrimonium contrahentium varii fines. 697, 4.
- Matrimonium factum contra promissionem, vel sponsalia etiam jurata, est validum. 704, 8.
- Extra matrimonium nemo potest sola privata voluntate ita alteri corpus suum tradere, ut se reddat inhabilem ad matrimonium. 705, 9.
- Matrimonium servi invito domino est validum. *ib.*, 10.
- Matrimonium per procuratorem contractum, post revocatam facultatem, non est validum; neque hæc facultas contrahendi potest dari irrevocabiliter. 706, 11.
- Femina conversa ad fidem, post matrimonium consummatum, licite potest alium maritum fidelem assumere, si cum infideli manere non possit sine injuria Creatoris. 728, 27.
- Matrimonium consummatum, qua ratione sit impedimentum ad ingressum Societatis. XVI, 622, 22 — 684, 10.
- Matrimonium ratum non dissolvitur per vota simplicia Societatis. 622, 22 — 704, 1 et seq.
- An dirimatur per eadem subsequens matrimonium, vide CASTITAS. XVI.
- Valide tamen fient talia vota post matrimonium ratum, etiam repugnante sponsa; quæ tamen poterit petere suum jus, et sponsus obligabitur ad cohabitandum. 623, 24.
- Sic rediens ad sponsam, quas obligationes deferat, nisi illa vota irriterentur. *ib.*
- Cum quibus conditionibus post matrimonium ratum admitti possit aliquis in Societatem. *ib.*
- Ut quis in Societate admittatur post matrimonium ratum, statim finitio novitiatu emittere debet professionem. 708, 12.
- An in eo casu transigendum sit integrum biennium novitiatus Societatis, an unus tantum annus. *ib.*, 13.
- Quid si vota simplicia ejusdem Societatis antecedens matrimonium ratum irritarent, expectandumne esset integrum novitiatus biennium antequam emitterentur, an unus tantum annus. 622, 23.
- Matrimonii sacramentum ministrare non possunt religiosi Societatis absque parochi facultate. 1016, 19.
- Utrum in aliquo saltem loco vel casu possint virtute suorum privilegiorum. *ib.*, 20-21.
- Pro matrimonio, vide CONJUS, et ORDO. XVI.
- Fuisset sacramentum in statu innocentie. XVII, 253, 6.
- Quæ sit in hoc sacramento materia et forma. XX, 32, 4.
- Solum habet determinatam formam in genere, quæ scilicet ad humanum contractum sufficiat. 29, 3.
- Per decretum Tridentini clandestina irritans, quomodo non fuerit mutata materia, nec forma hujus sacramenti. 51, 4.
- In lege veteri non erat sacramentum. 89, 4.
- Nulli in particulari necessarium, sed Ecclesiæ. 92, 3 — 282, 2 — 310, 3.
- An ex intentione contrahentium possit matrimonium contrahi, quin fiat sacramentum. 248, 13.
- Error personæ in matrimonio substantialis est. 254, 11.
- Matrimonii minister, contrahentes ipsi; parochus vero solum assistit, ut testis simpliciter necessarius. 296, 3-4.
- Contrahentes in mortali, in quantum ministri sunt, non peccant mortaliter, secus in quantum recipiunt cum obice. 307, 5.
- Non etiam peccat sacerdos qui in statu peccati assistit contractui, benedicitque contrahentes. *ib.*
- Habet effectum, recedente fictione, etsi fictio tollatur soluto jam matrimonio. 532, 4.
- An esset in statu innocentie, vide verbum STATUS INNOCENTIE. XX.

Matrimonium Adæ et Evæ, vide ADAM. XX.

Cur ad matrimonii formam vox humana non requiratur, sicut in aliis sacramentis. XXII, 401, 3.

Qui matrimonium excommunicatus contraxit non est prohibitus sub aliqua pœna ab illius usu. XXIII, 283, 3.

Non potest tamen benedictionem Ecclesiæ ante absolutionem recipere. ib., 4.

Nec cum conjugè copulari. ib.

Per excommunicationem non impeditur cõhabitatione aut redditio debiti inter conjuges. 283, 3.

Potest in aliquo casu sacerdos excommunicatus vitandus matrimonio adesse. 298, 24.

Parochus excommunicatus assistens matrimonio non fit irregularis. 308, 17-18.

Nisi conjuges solemniter benedicat. 309, 19.

Contrahens matrimonium cum consanguinea aut affine intra gradus prohibitos, aut cum moniali, excommunicationem ipso jure incurrit. 648, 11 et seq.

Sacerdos solemniter benedicens nuptias sacrilegas, non excommunicatur ipso jure. 652, 23.

Qui cogit aliquem ne matrimonium contrahat excommunicationem ipso facto incurrit. 639, 6.

Sacerdos, qui sponso alterius parochiæ sine parochi licentia matrimonio conjungit, aut benedicit, ab officio sacerdotali ipso jure suspenditur. XXIII bis, 126, 19.

Sponsalia de futuro nulli prohibentur tempore interdicti. 187, 46.

Benedictiones nuptiales non possunt tempore interdicti celebrari. ib., 47.

Nisi sponsi habeant privilegium ut possint divinis interesse. ib., 48.

Matrimonium non potest celebrari in loco, vel a personis interdictis. 188, 50 et seq.

Contractum tamen validum est. ib., 49.

Matrimonium ut inducit irregularitatem, vide verb. BIGAMIA. XXIII bis.

Ob vilem conditionem uxoris etiam virginis fit quis irregularis. 329, 1.

Potest parochus irregularis matrimonio assistere. 323, 26.

Nunquam in Ecclesia fuit permisso matrimonium repudiata ab alio. 532, 12.

Matrimonium conjugis infidelis quando possit dissolvi. XXIV, 220, 9.

MATTHIAS.

Sors qua electus fuit non habuit imperfectionem. XIII, 543, 21.

Probabile est datum fuisse aliquod signum divinum in hac electione. 544, 23.

Matthias an immediate a Deo habuerit Apostolatam. XXIV, 241, 15.

MATUTINUM.

Matutinum tempus orationi aptum. XIV, 132, 7.

Matutinum in officio divino. 284, 1 et seq.

Matutinum a Laudibus licet sejungere, generatim loquendo. 293, 9 et seq.

Matutinum a Laudibus quando separatur, quæ advertenda. 296, 12.

Matutinum et vespertinum officium, quid sit. 314, 2.

Matutinum potest dici in die præcedenti. 412, 11.

Et qua hora. ib., 12.

Matutini recitatio an debeat præcedere Missam: Vide MISSA, § MINISTER. XXI.

MAXENTIUS.

Quis fuerit, et quid scripserit. VII, 321, 26.

MAXIMUM.

Maximi et minimi termini qualitatum explicantur. XXVI, 776, 1-2.

MEDIATOR.

Inter Deum, id est, sanctissimam Trinitatem et homines Christus est mediator. XVIII, 664, 1 et seq.

Et solus ipse perfectus mediator. 665, 4.

Mediatoris nomen muneris est, non substantiæ. 664, 2.

Usurpatur interdum ad significandum substantiale medium inter duas extreme distantes naturas. ib.

Angeli beati qualiter dici possint mediatores inter nos et Deum. ib.

Mediatoris munus, ad quid se extendat. 665, 3.

Mediatoris munus idem in Christo cum munere redemptoris. ib., 5.

Quædam hujus muneris participatio, tam in Angelis quam in sanctis hominibus reperitur. ib., 6.

Imo et in sacerdotibus. 666, 7.

Absolute concedi potest, tam Verbum quam Deum, esse mediatorem Dei et hominum. 667, 3.

Secus reduplicando, in quantum Deus aut Verbum. ib., 6.

Deus homo mediator ut quod, ut quo vero ipsa humanitas. ib., 4.

Nec humanitas Christi, neque ejus divinitas, mediatrices dici possunt. ib., 5.

Concedi debet Christum, in quantum Deum hominem, esse mediatorem. 668, 8.

MEDICUS.

Medici judicium ad non recitandum quando sufficiat. XIV, 419, 19 et seq.

Medicus tenetur admonere ægrotum ut confiteatur. XXII, 741, 4.

In infirmitate gravi. ib.

Quid si infirmus confiteri nolit. 741, 5.

MEDITATIO.

- Meditatio, quid sit. XIV, 120, 4.
 Meditatio ex se non spectat ad orationem. ib.
 Meditatio qui spectet ad orationem. ib.
 Meditatio debet esse practica. 121, 3.
 Meditatio orationis, quo tendat. ib., 6.
 Meditationis duo præcipui effectus. ib., 7.
 Meditatio quid conferat obsecrationi. 122, 8.
 Meditatio et oratio quando conjungantur. ib.
 Vide ORATIO. XVI.

MEDIUM.

- Deus ab æterno scit medium futurum efficax, vel inefficax, per scientiam visionis. I, 257, 16.
 Cur Deus medium inefficax antequam efficax præbeat. 258, 17.
 Media intentionis ordine pendent a fine intento. 261, 4.
 Sed in executionis ordine secus accidit. ib.
 Finis intentio voluntatem mediorum antecedit. ib.
 Mediorum electio ad gloriam procedit ex absoluta intentione. ib.
 Medium divinæ providentiæ ad asportandos homines in cælum duplex est. 287, 1.
 Media communia sunt priora et primo definita. ib.
 Media particularia bifariam sumuntur. 287, 3.
 Media ad salutem ordinem inter se servant. 288, 7.
 Medium quot modis reddatur inefficax. 308, 9.
 Vide COGNITIO. I.
 Medium ut sic, an participet rationem finis. IV, 2, 4.
 Medium si non causet finaliter quando ipsum eligitur, minus causat quando alia eliguntur propter ipsum. ib., 3.
 Medium ex fine habet quod ametur, sicut imago ex exemplari colitur, et proximus ex Deo amatur. ib.
 Media interjacentia inter primum medium, et ultimum finem, dici possunt participare rationem finis, id est, termini propter quem aliquid fit. 9, 6.
 Medium est terminus electionis, quia est ejus objectum, finis vero proprie non dicitur. 9, 6-7.
 Medii utilitas est intrinsece in eo, quatenus effective confert ad assequendum finem: ut ut amatur propter finem non habet bonitatem nisi extrinsecam a fine. 10, 7.
 Medium electum præ alio æquali, imo et minus utile, solum movet finaliter voluntatem ad talem electionem, etc. ib., 8.
 Media formaliter appetuntur propter bonitatem finis, unde solum per se pertinent ad materiale objectum voluntatis. 11, 3.
 Medium non est objectum per accidens voluntatis, sed per se attingitur proprio actu voluntatis. ib.

- Medium unum externum potest ordinari ad diversos fines ultimos negative, et disparate se habentes. 29, 6.
 Internum vero necessario est duplex, et cur. 29, 7-8.
 Medium ut medium bene potest appeti non cogitando de fine formaliter. 259, 3-4.
 Medium et finem aliquando appetit voluntas ut quod, unico tantum actu. 260, 8.
 Medium si amatur propter se et propter finem, ut potio dulcis, an ibi sint unus vel duo actus. 261, 12.
 Ad exequenda omnia et singula media necessaria ad salutem est necessarium aliquod auxilium gratiæ. VII, 715, 1.
 Media interna ad salutem necessaria in quo differant ab externis. XII, 342.
 Media necessaria ad salutem, vide FIDEI NECESSITAS. XII.
 Medii necessitas, vide NECESSITAS MEDII. XII.
 Medium scientificum et medium de fide, an unum actum aliquando eliciant, vide FIDEI ACTUS. XII.
 Media necessaria ad salutem sunt nobis divino jure præcepta. XIV, 104, 2.
 Media nox accipitur pro tempore a media nocte ad auroram. 343, 2.
 Medium primum et ultimum inter media ad eundem finem subordinata necesse est dari; et quæ hæc sint et quoad intentionem, et quoad executionem. XXV, 851, 16.
 Inter hæc media, quænam rationem finis proximi et remoti participant. ib.

MELCHISEDECH.

- De persona Melchisedech varia hæreticorum placita. XVIII, 454, 2.
 Fuit verus et purus homo. ib., 3.
 Nimirum fuit Sem primogenitus Noe. 455, 3.
 Cur a Paulo vocetur sine patre et sine matre. ib., 6.
 Ipsius sacerdotium, quale. ib., 7.
 Panem et vinum obtulit in sacrificium, quo facta Eucharistiæ sacramentum obumbravit. 456, 8-9.
 Melchisedech in multis figura Christi. 458, 12.
 Non dedit decimas Abrahæ, sed Abraham ipsi. 459, 13.
 Fuit non solum sacerdos, sed et supremus sacerdos. ib., 14.
 Ejus sacerdotium non tam fuit per Christum ablatum, quam ad perfectiorem statum elevatum. 460, 17.
 Oblatio Melchisedech in pane et vino sacrificii et sacramenti rationem habuit. XX, 77, 7.
 Obtulit panem triticeum. 804, 4.
 Tam panis quam vinum essentia illius sacrificii. XXI, 676, 8.

MEMBRA.

Membra corporis quomodo obedient voluntati.
IV, 273, 40-41.

MEMORIA.

Memoria et intellectus quomodo distinguantur.
I, 40, 9.

Vide PRÆTERITA. II.

Memoria sensitiva pollut bruti. III, 710, 2 et seq.

An apes et formicæ. ib., 4.

Memoria perfectior in intellectiva parte quam in sensitiva reperitur. 750, 4.

Memoria Dei frequens, quam juvet. XIV, 131, 5.

Memoria quid supra sensus addat. XXV, 58, 16.

An et in quibus animalibus reperiat, vide ANIMAL.

MENDACIUM.

Mendacium esse intrinsece malum. V, 157, 42.

Mendacium aliud materiale, aliud formale. XII,
55, 1.

Mendacem sæpe fuisse Deum, error Priscillianistarum.
ib., 2.

Mentiri posse Deum de potentia absoluta, qui Catholicus dixerint. 56, 3.

Mentiri non posse Deum vel de potentia absoluta, fide constat. 57, 6 et seq.

Deum non solum affirmando, sed nec promittendo mentiri posse, fides docet. 60, 40-41.

Mendacium est intrinsece malum, nec ullo bono fine dishonestari potest. 58, 8.

Mendacium est triplex. XIV, 682, 1.

Mentiri Deo, ex genere suo est mortale. 923, 11.

Mentiri in confessione extra materiam ejus non est mortale. XX, 506, 3.

Imo nec in materia non adæquata nec necessaria. 506, 4.

Secus in materia totali. ib., 6, 7.

Vel in partiali necessaria. ib.

Si interrogetur quis in confessione de materia non necessaria, potest sine mendacio factum negare. 504, 5.

MENDICANS.

Ut religio sit mendicans, quid requiratur. XVI,
475, 2 et seq.

Quot sint modi religionis mendicantis. 478, 13 et seq.

Mendicantes et eorum novitii habent privilegium, ut semel in vita absolvantur ab aliquo confessore suæ religionis de omnibus casibus et censuris reservatis, imo et ut dispensentur in qualibet irregularitate, excepto homicidio et mutilatione voluntaria. 208, 7.

Debet tamen talis confessor esse ex approbatis Superiore ad audiendas religionis monasterii confessiones. ib.

Mendicantibus conceditur ut in articulo mortis qui-

libet legitimus confessor eos absolvere possit ab omnibus casibus et censuris, ac si esset Summus Pontifex. 209, 8 et seq.

Idem confessor auctoritate Pontificia eis potest concedere indulgentiam plenariam. ib.

Hæc probabilis concedi possunt eidem religioso, quoties in periculo moriendi constituitur. 210, 12.

Hoc privilegium, tam quoad absolutionem quam quoad indulgentiam, extenditur ad novitios mendicantium. 209, 9.

Semel ita absolutus in periculo mortis, si evadat, potest, iterum recurrente alio periculo mortis, eodem modo absolvi. 210, 13.

Quid hoc privilegium quoad absolutionem operetur, cum in articulo mortis nulla sit reservatio. 211, 14-15.

Mendicare, an, qua ratione, et quando debeant religiosi et novitii Societatis. 738, 15.

MENDICARE.

Mendicare an teneatur extreme egenus. XIV, 403, 7.

MENSURA.

Mensura quædam activa, passiva alia: illa est apta mensurare, hæc vero mensurari ab alio. XXVI, 539, 4.

Mensura debet esse certa, parva et homogœna. 542, 14.

Mensura sui ipsius nihil esse potest. 584, 5.

Mensura in actu ultra aptitudinem solum addit usum mentis applicantis unam quantitatem alteri ut per eam cognoscatur; unde nullius rei essentia in hujusmodi ratione mensura consistere potest. 539, 6.

Mensuram et mensuratum debere esse ejusdem generis, quo sensu verum. 939, 5-6.

MENTALIS ORATIO.

Vide ORATIO MENTALIS. XIV.

MERCATOR.

A mercatore exacturo usuras licet petere mutuum. XIV, 704, 3.

MERCES.

Mercedis temporalis intuitu an liceat exercere opera virtutis, vide OPUS. XII.

MERCES ET MERCENARIUM OPUS.

Quid sit opus mercenarium. XII, 332, 1.

Lucrum et merces in quo differant. 333, 5.

Utrum opus ex mercede fiat servile. ib., 6.

MERETRIX.

Meretricibus domum locare an liceat, vide SCANDALUM. XII.

A publica meretrice non est accipienda oblatio. XIII, 403, 8.

Non tenetur dare pauperibus decimam ab Ecclesia non acceptatam. 213, 9.

MERITUM.

Deus neminem iudicat ex meritis solum condicione futuris. I, 331, 7.
 Meritum duplex est. 343, 23.
 Quale meritum gratiam excludat, quale vero non. 349, 41.
 Quod meritum primæ gratiæ ex solis viribus liberi arbitrii rationem gratiæ destruit. 344, 28.
 Meritum impetratorium primæ gratiæ repugnat. 349, 40.
 Meriti de congruo fundati in sola natura et fundati in motione gratiæ discrimen constituitur. 354, 54.
 Habere unum majora merita quam alium tempore breviori provenit ex gratia Dei. 123, 17.
 Ad meritam tam in Angelis, quam in hominibus eadem requiruntur conditiones. II, 609, 10.
 Meritum et præmium quando possint esse simul. 637, 14.
 Meriti principium potest cadere sub meritum de potentia Dei absoluta. 644, 5.
 Vide BEATITUDO, INSTANS. II.
 Meritum non solum accidentale, sed etiam essentialia, respondet actibus aliarum virtutum a charitate, ratione suæ specialis bonitatis. IV, 130, 6.
 Merito eidem respondet præmium essentialia, et accidentale sicut eidem peccato pœna damni et sensus. 131, 11.
 Meritum, vide PRÆMIUM. IV.
 Vide JUSTUS. V.
 Actus meritorii a non meritorio triplex differentia. VII, 610, 2.
 Actus naturalis moraliter bonus est meritorius præmii ordinis naturalis. 467, 22.
 Mereri non possumus de congruo primam gratiam internam vel fidem per bonum opus morale. 453, 11.
Poenitentiae Sacramentum ministrare ex privilegio possunt omnes confessores Societatis quibuscumque Christi fidelibus undecumque ad se venientibus, eosque ab omnibus casibus, censuris, et poenis ecclesiasticis absolvere, exceptis tantum in Bulla Cœnæ contentis. XVI, 984, 1 et seq.

Qua ratione singulae hujus privilegii clausulae intelligendae sint. 987, 8 et seq.

Utrum per dictum privilegium possint confessarii Societatis audire confessiones, etiam regularium ad se venientium. ib., 9.

Hoc privilegio non tantum in ecclesiis Societatis, sed etiam in quolibet alio loco uti possunt prædicti religiosi. ib.

Utrum hoc privilegium dictis sacerdotibus communicetur dependenter a superioribus ejusdem Societatis : et an restringi possit ab eisdem. 984, 2 et seq.

Utrum per illud absolvere possint a casibus Episcopo reservatis. 988, 13 et seq.

Utrum Superiore subditis prohibente ne aliquarum personarum confessiones audiant, non so-

lum licitus usus, sed etiam jurisdictio ad absol-
vendum censeatur ablata. 986, 7.

Pœnitentiæ Sacramentum ubique ministrare pos-
sunt sacerdotes Societatis, cum peregrinantur,
si semel ab aliquo Ordinario sint approbati, et
proprius loci Episcopus absit. 987, 9.

Cætera vide ABSOLUTIO, et CONFESSIO, et CONFESSOR.
XVI, XXII.

Pœnitentiæ sacramentum, quomodo possit dari
aut recipi ab excommunicato. XXIII, 297, 21.—
291, 7 et seq. — 302, 12 et seq.

PŒNITENTIA SOLEMNIS.

Semel tantum fieri permittebatur. XXII, 134, 13.
Ad quid imponeretur, et ob quæ crimina. 990, 7.
Pœnitentia non sacramentalis, publica, et solem-
nis, ob quam incurratur irregularitas. XXIII bis,
388, 3.

PŒNITENTIA IN ANGELIS.

Pœnitentia duplex, et quo pacto illius capaces sint,
aut non sint Angeli. II, 412, 28.

Si pœnitentiam egissent Angeli lapsi, an forent
æternæ salutis capaces. 623, 4.

Eam nunquam Angeli sancti egerunt. ib.
Cur et quomodo Angeli lapsi impotentes fuerint
ad pœnitendum. 962, 14.

Pœnitentiam tandem aliquando habituros dæmo-
nes, et veniam obtenturos, qui delirent. 983, 1.
Refelluntur. ib., 3 et seq.

PŒNITENTIA IN B. VIRGINE.

Pœnitentiæ virtus quomodo fuerit in B. Virgine.
XIX, 58, 2.

PŒNITENTIÆ.

Pœnitentia antiquorum monachorum a variis Pa-
tribus commendatur. XVI, 594, 2.

Pœnitentias ordinarias ex obligatione nullas habet
Societas. 602, 3.

Cur eas non habeat. 603, 5 et seq.

Quas utilitates hæc moderatio pœnitentiarum se-
cum afferat. 608, 13-14.

Nullam arguit imperfectionem in Societate ordi-
nariarum pœnitentiarum defectus. 611, 18-19.

Pœnitentiis tamen corporalibus uti debet Societas:
idque quo consilio, mensura et obligatione.
602, 4.

Pœnitentiæ corporales ad sanctitatem formaliter
non spectant, multum tamen ad illam condu-
cunt. 603, 3 — 614, 18.

Pœnitentiæ corporales, non proprio, sed superio-
ris arbitrio faciendæ. 608, 13.

Pœnitentiæ, seu pœnæ pro delictis impositæ, vide
PŒNA. XVI.

POLLICITATIO.

Pollicitatio re ipsa idem est ac promissio. XI,
421, 21.

POLLUTIO.

Pollutio in somnis, in dubio quale peccatum esse
præsumatur. XIV, 942, 9.

POLLUTIO ECCLESIE.

Per quos actus ecclesia polluatur, vide ECCLESIE
POLLUTIO. XIII.

POLYGAMIA.

Polygamia uxorum simul in statu innocentie non
esset. III, 393, 14 et seq.

Imo nec bigamia successiva, post translationem
alterius conjugis. 394, 18 et seq.

PONTIFEX.

Pontifex habet potestatem ponendi in symbolo
quæ credenda sunt. I, 757, 18.

Pontifex. Vide ASSISTENTIA. VII.

PONTIFEX SUMMUS.

Pontificis Summi decisioni potius standum quam
communi Patrum sententiæ. XVIII, 413, 28.

Pontifex Summus non habet dominium temporale
directum rerum omnium. 469, 9.

Pontificem ut Deus immediate nunc creet atque
creaverit in lege veteri. XXIV, 211, 16 — 216,
11 et 13.

Pontifex unus tantum esse potest. 271, 1 et seq.

Pontifices neque maximi neque minores interd-
cuntur temporali et politico principatu. 230, 19.

Pontifices Judæorum suis etiam regibus antecelle-
bant. 334, 3.

Pontifex Christianus Judæum veterem longissime
superat. 336, 8 — 378, 1.

Pontificem Christi Vicarium visibilem esse oportet,
et habere certam sedem atque successionem.
273, 6.

Pontifex Romanus Pastor est et universalis Eccle-
siæ Catholicæ, et peculiaris Romanæ diocesis.
21, 4 et seq. — 64, 9.

Pontifex Romanus successor est Divi Petri Apos-
toli in stabilitate doctrinæ fidei, morumve ge-
neralium. 23 et seq.

Pontifex Romanus successor est Petri in suo pri-
matu supra totam Ecclesiam. 271, 1 et seq.

Pontifex Romanus solus Petri est successor. 273, 5.

Pontificis Romani sedes non potest ab Ecclesia
mutari aliorum. 275, 12.

Pontifices Romani suum hunc principatum quibus
tenentur. 277, 2 — 293, 3 — 618, 12.

Pontificum Romanorum auctoritas quantum valeat
in asserendo suo principatu. 333, 1 et seq.

- Pontificum Romanorum potentiae documenta antiquissima. 343, 2 et seq.
- Pontifex Romanus non est monarcha temporalis totius Ecclesiae. 228, 12 et seq.
- Pontificum Romanorum temporale regnum comparatum fuit jure humano. 370, 1.
- Pontificum Romanorum majestatem non minuunt excellentiae regalis dominationis. 322, 1 et seq.
- Neque acta regum Judaeorum. 328, 1 et seq.
- Neque dicta Conciliorum, aut patrum. 337, 1 et s.
- Neque acta imperatorum et regum. 343, 1 et seq.
- Pontifex Romanus etsi non possit dispensare jus naturale, potest ejusdem materiam mutare. 350, 10.
- Pontifex Romanus poterat dare personis ecclesiasticis immunitatem, si non habuissent a jure divino. 406, 1 et seq.
- Pontifex Romanus causas ecclesiasticas subjicere laicis non potest, nisi delegata jurisdictione spiritali. 362, 12.
- Pontifex Romanus dispensans humana matrimonii impedimenta non fovet libidines, malasve nuptias. 643, 10 et seq.
- Pontifex Romanus subjectos habet Christianos reges in rebus sacris. 304, 5 et seq.
- Pontificis Romani est universam potentiam regum Christianorum dirigere ad finem spiritualement. 308, 1 et seq.
- Pontifex Romanus justa de causa Christianitatis potest reges punire, regnaque etiam adimere. 315, 2 — 694, 3.
- Pontifices Romani regna ademerunt. 316, 7 — 680, 17.
- Pontificis Romani auctoritas supra imperium Romanum. 305, 8.
- Pontificem Romanum summa pietate atque subjectione persecuti sunt Catholici imperatores. 304, 7 — 545, 14 — 615, 4.
- Pontificis Romani potentia in bella, et militiam Christianam. 313, 16.
- Pontificis Romani potentia in leges, et judicia Christianorum. 312, 13.
- Pontificum Romanorum severitas in coercendis bibidibus regum christianorum. 643, 10 et s.
- Pontificis Romani pedes osculandi consuetudo. 267, 21 — 629, 5.
- Pontifici Romano subjecti sunt infideles principes. 379, 7.
- Licet minus quam Christiani. 688, 10.
- Pontifices Romani non utebantur sua potestate aut immunitate sub imperatoribus ethnicis. 379, 4.
- Pontifex Romanus potest justa de causa Christianos eximere ab obedientia principis ethnici. 321, 22.
- Pontificis Romani maxima immunitas ex jure divino, tam naturali quam positivo, profecta monstratur. 370, 1 et seq.
- Pontifex Romanus suam immunitatem non potest Ecclesiae renuntiare. 384, 2.
- Pontifex Romanus a nemine coerceri legitime potest. 381, 11.
- Quamvis ipsi ita lubeat. 384, 3.
- Pontifex Romanus an se possit subjicere judicio humano. 383, 1 et seq.
- Pontifex Romanus quomodo subjectus sit suo confessori. 386, 11.
- Pontifex Romanus potest statuere arbitrum suarum rerum. 385, 6.
- Itaque aliquando statuerunt Pontifices. 386, 9.
- Pontifex Romanus ut fraterne corrigi possit. 381, 12 et seq.
- Pontificis Romani electio. 275, 13 — 344, 7 — 380, 8.
- Pontificum Romanorum licentiam multa repriment. 387, 17.
- Pontificum Romanorum multi bene functi sunt suo maximo munere. 301, 10 — 615, 3 — 624, 14.
- Pontificum Romanorum integritas atque innocentia, et miracula edita. 619, 14 — 633, 18 et seq.
- Pontifex Romanus privatim haereticus ut privetur summo Pontificatu. 380, 10 et seq. — 385, 5.
- Pontifex Romanus ut fit verisimile, calamitissimo Antichristi tempore privatam quoque fidei servabit constantiam. 643, 9.
- Pontificis Romani depulsio a Summo Pontificatu ut fieri possit. 380, 9.
- Pontifex Romanus renuntiare potest Ecclesiae suum Pontificatum. 381, 11.
- Pontificis Romani despectio seminarium est haeresum. 106, 1 — 202, Proem.
- Pontificis Romani quae a fidei hostibus fit comparatio impudentissima cum Antichristo, refutatur toto libro quinto, summattimque. 658, 33.

POSSESSIO.

- Possessionis definitio et explicatio. XV, 562, 4.
- Actus intromittendi aliquem in possessionem ab excommunicato factus, qualis sit. XXIII, 383, 33.
- Excommunicatus vero non potest etiam valide possessionem beneficii accipere. 384, 34.
- Vide BENEFICII COLLATIO. XXIII.

POSSIBILE.

- Possibilium omnium species connaturales an habeant Angeli. II, 175, 11.
- An saltem supernaturaliter eis infundi possint. ib., 12.
- Possibile dupliciter sumitur. V, 42, 17 et seq.
- Possibilium inter se eadem est in distinctione vel

- identitate proportio, quæ et existentium. XXV, 251, 4 et seq.
- Possibile positive denominationem dicit a potentia productiva. XXVI, 209, 10.
- Possibile negative est quidquid non involvit contradictionem, impossibile vero quidquid illam importat; nec sufficit oppositio alia, aut contrarietas. ib., 11-12.
- Possibile vel impossibile quid sit, naturale lumen intellectus nostri non semper percipit. 210, 13.
- Possibile quo sensu objectum omnipotentiae divinae. Vide DEUS. XXVI.
- Possibile, ut dicit non repugnantiam, fundat potentiam logicam; ut vero positivam denominationem a potentia desumptam, potentiam ipsam. 613, 9.

POSTLIMINIA.

- Postliminia ad jus gentium pertinere. V, 164, 6.

POSTULATIO.

- Postulantes ad Ecclesiam cathedralem, aut inferiorem, personam jure prohibitam, quam poenam incurrant. XXIII bis, 123, 11.

POSTULATIONES.

- Postulationes, orationes, obsecrationes, gratiarum actiones, etc., quatenus distinguantur. XIV, 219, 9-10.

POTENTIA.

- Potentia, alia est activa, altera passiva, et quid utraque. III, 573, 3-3.
- In quo differant. ib.
- Potentia nec omnino absolutum quid est, nec omnino respectivum. 576, 7.
- Potentias animæ ab ea esse omnino indistinctas qui velint. 572, 2.
- Distinctionem formalem qui admittant. ib.
- Qui etiam realem. ib.
- Potentiae animæ accidentales, et propriae viventium distinguuntur ab anima ex natura rei. 573, 4.
- Imo probabilius est distingui etiam realiter. ib., 5.
- Potentiae animæ an possint ab ea saltem divinitus separari. 574, 6-7.
- Potentia animæ separata non posset vitaliter operari. ib., 8.
- Omnis animæ potentia specificatur intrinsece ex coaptatione ad operandum circa suum objectum. 576, 8-9.
- Potentia quomodo per objecta specificatur. ib., 10 et seq.
- Potentiarum aliæ universaliores in objecto, aliæ magis limitatæ. 577, 12.
- Potentia passiva quo universalior, eo est imperfectior. ib.

- Potentiarum distinctio realis unde sumenda. 379, 10.
- Potentia, actus et habitus, etiam circa idem objectum, specie differunt. ib., 20.
- Potentiarum causa finalis, et materialis, quæ. 580. 1-2-3.
- Potentias effective esse ab anima probabilius. 581, 5 — 582, 9.
- Potentiae per novam et distinctam actionem emanant ab ipsa anima. 582, 10.
- Potentiae quo sensu dicantur produci a generante, vel principali agente. 583, 11.
- Potentia una ablata, cur alia naturaliter non resultet. ib., 12.
- Inter potentias animæ aliquis intercedit ordo. 584, 14.
- Inter potentias ejusdem animæ nullus est ordo durationis. ib., 15.
- In ordine generationis, potentiae quæ consequuntur gradum imperfectiorem, sunt aliis natura priores. ib.
- Potentiae sequentes gradum ejusdem animæ imperfectiorem, sunt etiam imperfectiores, quam quæ gradum superiorem consequuntur. ib.
- Potentiae inferiores ejusdem animæ ordinantur ad ministrandum superioribus: superiores vero ad juvandum inferiores. ib.
- Inter potentias ad eundem animæ gradum spectantes est etiam aliquis ordo. ib.
- Potentiam unam ad alia emanare opinio D. Thomæ. 585, 16.
- Potentiae omnes, sive ejusdem sive diversi gradus sint, ab anima immediate profluunt, non ab alia potentia. ib., 17 et seq.
- Inter potentias subordinatas sola intercedit causalitas metaphysica, quæ ad demonstrationem a priori sufficit. 586, 20.
- Potentia tam activa quam passiva, cum sit universale principium suorum actuum, bene potest habere actus ignobiliores alia potentia ignobiliori. IV, 92, 11.
- Potentia nulla etiam partialis datur in natura ad actus supernaturales. 152, 7.
- Potentia ad actus supernaturales nullum habet terminum, et ideo naturalis non est, sed obedientialis. ib.
- Potentia vitalis potest concurrere obedientialiter ad actum vitalem, ac adeo non esse principium principale talis actus. ib.
- Potentia passiva non dicitur naturalis ex principio unde manat, aut eum quo identificatur, sed per ordinem ad actum naturalem. 153, 8.
- Potentia obedientialis non sufficit ad constituendum appetitum naturalem. ib., 9.
- Potentiae aliæ a voluntate non coguntur ad actus suos, etiamsi illos eliciant contra voluntatem hominis, quia sunt ab intrinseco, etc. 199, 7-8.

Potentia motiva, vide MOTIVA POTENTIA. IV.
 Potentia libera quas condiciones requirat. VII,
 40, 1 et seq.
 Potentia pure passiva libera esse nequit. 7, 8.
 Nunquam se in actum potest reducere. ib.
 Necessario patitur, vel absolute, vel ex suppositione, si agens præsens sit. ib.
 Potentia libera indifferentiam postulat ad agendum vel non agendum. 7, 8-9.
 Potentia non libera in actu primo nec divinitus actus liberos potest elicere. 23, 21.
 Potest tamen formaliter libera actus necessarios, tam naturaliter quam divinitus exercere. 23, 21-22.
 Potentia loco motiva non habet vim suspendendi suos actus. 32, 26.
 Non potest exercere suam actionem, nisi per appetitum moveatur. ib.
 Potentiarum motio per sympathiam exigit indicationem illarum in eadem natura. 33, 27.
 Eadem potentia potest esse simul virtus ad plures actus inter se oppositos, licet illos simul habere non possit. 34, 5.
 Eam non amittit cum aliquem illorum actum elicit. 33, 6.
 Potentiæ unde sumant suam distinctionem specificam. 636, 25.
 Potentia de se indifferens quomodo determinari possit. VIII, 412, 9.
 Potentiæ vitales ad actus supernaturales instrumentaliter concurrunt. IX, 34, 6-7.
 Quælibet elevari potest ad efficiendum alterius potentiæ actum per actionem transeuntem, non vero per immanentem. 39, 16.
 Potentiis solum qualitates inhaerent, quæ ad operationes proxime ordinantur. 74, 13.
 Confirmati in gratia, licet mortaliter nunquam peccent, habent tamen potentiam peccandi. X, 28, 7.
 Potentia indifferens non indiget, ratione indifferentiæ, peculiari auxilio ad operandum. 406, 1.
 Per quid compleatur potentia ad primos actus eliciendos. 429, 1 et seq.
 Potentia passiva ut reducatur in actum, indiget quod recipiat illum ab aliquo agente. 432, 2.
 Quæ potentia indifferens non possit producere determinatum effectum. XI, 14.
 Eadem potentia non potest esse in eodem genere indifferens et determinata. ib.
 Potentia ut non dicatur frustra esse quid requirat. XVIII, 83, 13.
 Potentia physica activa, quæ sit. 96, 1.
 Potentia activa non denominat potentem, nisi id cui inest, quæ denominatio intrinseca est. 117, 23.
 Potentiis animæ præcise consideratis, aliqua vis activa inest ad supernaturales actus. 121, 32.

Quæ non est naturalis, sed obedientialis. 129, 53.
 Per illam concurrunt ut supernaturalia instrumenta vitalia, et aliquando libera, sive cum habitu, sive cum auxilio extrinseco. 131, 110.
 Quomodo et per quos actus potentiæ specificentur. ib., 108.
 Potentia naturalis nullatenus specificatur per supernaturales actus. ib.
 Non omnis potentia congenita est causa principalis. XXII, 912, 13.
 Nec illi debetur concursus. ib.
 Potentia duplex, et quæ per se primo ad actum ordinatur, et quæ concomitanter tantum ad aliam absolutam entitatem id sortitur. XXV, 469, 14.
 Potentiam activam creatam a propria substantia realiter condistingui late tractatur, et cum D. Thoma resolvitur. 620, 17-18.
 Potentiæ a substantia realiter distinctæ necessitas ex improportione substantiæ ad omnes suas accidentales actiones eleganti inductione ostenditur. 621, 19 et seq.
 Potentia multipliciter sumi potest. XXVI, 613, 9 — 633, Præamb.
 Potentia realis physica tam substantiam quam accidens comprehendit. 613, 10.

POTENTIA INCREATA.

Potentia divina executrix ab intellectu et voluntate ratione distinguitur. I, 292, 7.
 Potentia in divinis personis ad actus notionales. 682, 1.
 Potentia ad actus notionales distinguitur a potentia creativa, saltem ratione. ib., 2.
 Potentia producendi est sola natura, prout habet in producente relationem propriam. 683, 6.
 Potentia generandi non est communis simpliciter loquendo, sed Patris propria. 684, 8.
 Deus formaliter non constituitur potens ad agendum per scientiam. 133, 27.

POTENTIA NATURALIS.

Potentia naturalis non potest impediri nisi ab extrinseco, vel præternaturaliter. I, 684, 9.
 Potentia materialis sub cuius objecto spiritualia contineantur impossibilis est. 63, 6.
 Potentiæ cognoscitivæ non habent virtutem naturalem ad suos actus solum secundum rationem genericam, sed etiam specificam. 126, 11.

POTENTIA MOTIVA.

Potentia sui directe motiva carere Angelos, qui dicant. II, 511, 2.
 Oppositum ostenditur ex Scriptura, et ratione. 511, 3 — 512, 6.
 Hæc potentia nec est intellectus, nec voluntas. 513, 1-2.

- Potentia motiva est mere activa, minusque convenit cum voluntate, quam voluntas cum intellectu. *ib.*, 2.
- Minorem rationem distinctionis a substantia angelica vendicat, quam intellectus, et voluntas. *ib.*, 4.
- Revera tamen distingui a substantia, probatur. 314, 3.
- Potentia motiva Angeli non habet terminum velocitatis in movendo. *ib.*, 7 et seq.
- Quomodo hæc potentia sit in omnibus Angelis par. 313, 41.
- Potentia hæc motiva etiam est ad movenda corpora. 324, 2 et seq.
- Est connaturalis etiam dæmonibus. *ib.*, 2.
- Resultat a gradu communi ad spiritualia, et corporalia. 328, 8.
- Potestas unius Angeli in alterum naturalis est. Non est jurisdictionis, sed tantum physica, ac proinde ad movendum localiter. 324, 7.
- Imo licet moralis foret, motivam localiter requireret tanquam administram. 323, 8.
- Potentia motiva licet esset ipsa voluntas, motio tamen non esset actus ab ea elicitus, sed imperatus. *ib.*, 10.
- Potentiam motivam ab intellectu et voluntate non distingui, qui velint, eorumque fundamenta. *ib.*, 4 et seq.
- Probabilius alii distinguunt. 326, 4.
- Imo etiam ab actibus immanentibus ipsius intellectus, et voluntatis. 327, 6-7.
- Eadem est potentia, qua Angelus se, et alia movet. 326, 4.
- Potentia motiva Angeli an habeat terminum in movendo, tam ex parte voluntatis, quam resistentiæ mobilis, et spatii. 313, 4 et seq.
- Per potentiam motivam an possint Angeli ordinem universi invertere. 322, 6.
- Potentia ordinaria, vide ORDINARIA POTENTIA. II.
- Solum est respectu creatoris. 100, 2.
- Potentia obediencialis activa, sicut passiva, in omnibus creaturis. 103, 7.
- Licet innata, non constituit simpliciter potentem. 107, 9.
- Potentia obediencialis activa, quæ necessitas. 123, 43.
- Possibilis demonstratur, et tam necessaria quam passiva. *ib.*, 47.
- Dari probatur auctoritate Patrum. 130, 38.
- Quo differat a potentia naturali. *ib.*, 59.
- Tam activa quam passiva aliquo modo est naturalis, non tamen simpliciter. 136, 74.
- Obediencialis passiva, positiva, et realis potentia. 128, 32.
- Potentia obediencialis vox attributa rebus inanimatis aliquid metaphoriæ involvit. 127, 31.
- Nullatenus distinguitur ab ipsa re cui inest, neque est ab illa separabilis. 132, 64.
- Non per se primo ordinatur ad agendum vel recipiendum id ad quod est potentia, neque ad illud dicit ordinem transcendentalem, nec sumit ab eo speciem; eandem enim habet quam res ipsa. 133, 67.
- Estque materialis vel spiritualis, substantialis vel accidentalis, naturalis vel supernaturalis, prout ejus quasi subjectum fuerit. 147, 100 et seq.
- Nec infinite perfecta. 132, 114.
- Qualiter in ea inchoetur supernaturalis ordo, et ipsa suo actui proportionetur. 133, 73.
- Activa non necessario requirit naturalem activitatem in re cujus est potentia. 136, 74-75.
- In ratione potentiæ, neque est supernaturalis nec naturalis, sed obediencialis, et quare. 139, 83.
- Non agit nisi juxta mensuram auxilii vel habitus, quo elevatur. 144, 85.
- Est in ratione instrumenti infinita intensive, et potest intensiorem et intensiorem effectum in infinitum producere. 134, 109.
- Cur in relationibus divinis non reperiatur. 132, 111.
- In unaquaque creatura tantum est una secundum rem, licet possit per nostros conceptus multiplex in ordine ad varios effectus distingui. 149, 103.
- Potentia obediencialis, quam intelliguntur habere res antequam fiant, in sola non repugnantia consistit. 128, 52.
- Verba Augustini subobscura de potentia obedienciali creaturæ explicantur. XIX, 473, 2.

POTENTIA OBEDECIENTIALIS.

- Intellectus est potentia obediencialis respectu visionis beatæ, et ut talis elevata concurrat ad ipsam. I, 81, 44 — 123, 8.
- Nulla datur potentia obediencialis in creaturas ad comprehensionem Dei. 151, 19.
- Obediencialis potentia non datur in creatura ad cognoscenda omnia possibilis. *ib.*
- Obediencialis capacitas tanta est in uno intellectu quanta in alio, neque augetur ex augmento naturalis perfectionis. 127, 13.
- Tanta virtus activæ potentiæ obediencialis est in uno intellectu, quanta in alio. *ib.*
- Duplex est, et quæ illa. XVII, 668, 2.
- Potentia obediencialis, quid. 106, 8.
- Potentia cognoscitiva in communi.
- Potentia cognoscitiva quomodo debeat esse denudata a natura sui objecti. III, 323, 23 et seq. — 623, 29 et seq.
- Potentia cognoscitiva ab actu cognoscendi re ipsa differt. 623, 2 et seq.

- Potentia cognoscens habet propriam et immediatam activitatem circa actum suum. 628, 9 et seq.
 Potentia infirmata specie est principium integrum cognoscendi. 629, 13.
 Potentia cognoscitiva inter activas et passivas recensetur. 641, 1.
 Cur frequentius passiva dicatur, quam activa. *ib.*
 Potentia cognoscens an plura simul per modum plurium attingat. 642, 4 et seq.
 Potentiæ eidem quomodo inhærere simul possint plures species ejusdem naturæ. 643, 8.
 Potentia cognoscens quomodo ab excellenti objecto lædi possit. 624, 34-35.

POTENTIA SENSITIVA.

Vide SENSUS. III.

POTENTIA INTELLECTIVA.

Vide INTELLECTUS. III.

POTENTIA VOLITIVA.

Vide APPETITUS et VOLUNTAS. III.

POTENTIÆ ANIMÆ VEGETANTIS.

- Potentia animæ vegetantis quot. III, 598, 1 — 603, 8.
 Potentia nutritiva quænam sit. 598, 3 et seq.
 Potentia quomodo ab augmentativa differat. 603, 17-18-19.
 An et quomodo a generativa. *ib.*, 1 et seq.
 Potentia nutritiva non est determinata ad aliquod membrum particulare, sed per corpus diffusa. 606, 4.
 Potentia nutritiva principaliter in hepate residet. 607, 7-8.
 Potentia attractiva, retentiva et expulsiva, una est, ab anima et quatuor primis qualitatibus realiter distincta. 602, 14.
 Potentia generativa non omnia viventia pollent. 609, 1.
 Potentia generativa an solis viris insit, vel etiam fœminis. *ib.*, 2-3.
 Potentia generandi quibusnam viventibus competat. *ib.*, 4-5.
 Potentia generandi in qua animantis parte residet. 610, 7-8.
 Vide SEMEN. III.
 POTENTIA MOTIVA, vide MOTIVA POTENTIA. *ib.*

POTENTIA SPECIES QUALITATIS.

- Potentia productiva, quantumvis finita, potest in infinitum attingere successive effectus numero diversos, et cur. XXV, 200, 9.
 Potentiæ animæ duobus modis ad agendum excitantur. 469, 14.
 Potentiæ ejusdem suppositi qualiter ad agendum subordinentur inter se. 843, 21.
 Potentiæ immanentes, cur sibi determinent tales numero actus, ita ut alios attingere nequeant; reliquæ vero potentiæ non ita. 940, 18.
 Potentiæ loco motivæ a substantiis realiter distinctæ. 622, 22.
 Potentiæ loco motivæ animales, quæ. 639, 31.
 Potentiæ vitalis qualis concursus ad suos actus. Vide ACTUS. XXV.
 Potentia, species qualitatis, per quid essentialiter constituatur. XXVI, 617, 7.
 Potentiæ in communi definitio traditur et explicatur. 644, 2.
 Potentia et impotentia ad eandem speciem pertinent. 629, 10-11.
 Potentia alia activa, alia passiva. 634, 6.
 Licet ex his nulla sit pure passiva, ex illis vero pure activæ complures; quæ quidem re et essentia invicem differunt. 637, 1 et seq.
 Potentiæ omni activæ passivam correspondere, qualiter verum habeat, exponitur. 640, 10 et seq.
 Potentiæ activæ et passivæ definitiones ab Aristotele traditæ, explicantur. 643, 20.
 Potentia activa et passiva eadem qualitas esse potest etiam respectu sui ipsius. 642, 15.
 Quæ ut sic adæquate concepta unicam constituit speciem; inadæquate vero duas rationes distinctas. *ib.*, 16.
 Potentiæ rationem ab aliqua qualitate participari, unde dignoscatur. 644, 5-6.
 Potentiæ activæ cur ab actuali operatione cessent aliquando.

POTENTIA NATURALIS, SUPERNATURALIS, OBEDIENTIALIS ET NEUTRA.

- Potentia naturalis multipliciter dicitur. XXVI, 646, 3.
 Potentia activa, transcendentaliter sumpta, non est secundum omnem respectum naturalis; semper tamen aliquem naturalitatis respectum habet. 646, 4 et seq.
 Potentia activa supernaturalis et obediencialis esse potest; violenta nequaquam. 647, 7 et seq.
 Potentia passiva, transcendentaliter sumpta, naturalis, obediencialis et neutra esse potest. 647, 10.
 Potentia passiva qualiter violenta dici possit. 651, 21.
 Potentia prædicamentalis semper est naturalis comparatione actus; subjecti vero non ita. *ib.*, 22.
 Potentia prædicamentalis potentiam obediencialem, quatenus talem, non admittit, sicut nec neutram aut violentam respectu actus. 652, 23-24.
 Potentia ad suum actum comparata. Vide ACTUS. XXVI.
 Potentia neutra an et quomodo admittenda. 648, 11 et seq.
 Potentia neutra dupliciter dicitur. *ib.*, 13.

Potentia passiva, quæ est in rebus ad formas artificiales, neutra dici potest. ib., 14.

POTENTIA LOGICA ET OBJECTIVA.

Potentia logica in sola non repugnantia extremorum consistit. XXVI, 613, 9.

Potentia logica nec naturalis est, nec violenta. 643, 2.

Potentia objectiva, quid apud Scotum. 233, 2.

Potentia objectiva non est determinata species qualitatis. 634, 2.

Nec res aliqua positiva. 233, 3.

Quid ergo vere sit. ib., 4.

POTESTAS.

POTESTAS PUBLICA, vide DOMINIUM. III.

Potestas præceptiva divisa in dominativam et jurisdictionis. V, 35, 4.

Potestatis dominativæ et legislativæ variæ differentiæ. 35, 5.

Potestas ordinaria et delegata. 187, 9.

Potestas coactiva et directiva. 303, 1.

Potestas jurisdictionis ad leges ferendas necessaria. 36, 6.

Potestas hæc non quælibet sufficit. 37, 8.

Potestas aliqua suprema in omni communitate reperitur. ib., 9.

Potestas in communitate perfecta necessaria ad gubernationem. 177, 4.

Potestas humani magistratus, vide MAGISTRATUS. V.

Postestas Adæ in posteris qualis fuit. 180, 3.

Potestas immediate a Deo, vel ut auctore naturæ, vel ut auctore gratiæ. 186, 8.

Quæ potestas delegabilis, et quibus modis. 187, 10.

Quæ potestas indelegabilis et quibus personis. ib., 12.

Potestas legislativa non assequitur suum finem nisi in materia omnium virtutum præcipiendo. 221, 20.

Potestas humana non comprehendit actus mere internos. 375, 5.

Potestas inferioris ad dispensandum in lege superioris an ordinaria sit. VI, 70, 1.

Vide DISPENSATIO. VI.

Potestas dispensandi includit potestatem communitandi. 76, 7.

POTESTAS CIVILIS.

Potestas civilis quando manat a communitate. V, 184, 2.

Potestatis regię varii tituli. 184, 2 et seq.

Potestas regię, formaliter ut talis, est de jure humano. 185, 5.

Potestas civilis absolute considerata est de jure divino. ib., 6.

Potestas ferendi leges humanas quibus modis participetur. 186, 8.

Quæ potestas in imperatoribus et regibus sit ordinaria. 187, 11.

Potestas ferendi leges civiles in lege gratiæ et inter Christianos permanet cum moderatione tali statui accommodata. 189, 3.

Nullum hominem habuisse potestatem universalem ad ferendas leges civiles obligantes universum orbem. 196, 6.

Potestas condendi leges civiles est in omnibus regibus supremis. 202, 2.

Potestatem hanc esse in principe supremo. ib., 4.

Potestas condendi leges civiles in magistratibus, etc. ib., 5.

Potestas hæc est in communitatibus perfectis, quæ sine regibus gubernantur, non vero in subjectis alicui supremo principi. 203, 6.

Potestas hæc in regina domina regni reperitur. ib., 8.

Potestatem civilem nunquam fuisse eandem in tota hominum universitate. 181, 6.

Hanc potestatem ante Christi adventum non fuisse in uno particulari homine respectu totius universitatis. ib.

Potestas hæc resultat post politicam unionem hominum. 183, 6.

Quadruplex actus hujus potestatis. 182, 3.

Potestas hæc mutabilis est. 183, 7.

Potestas hæc non est in civitatibus minoribus. 206, 17.

Potestas condendi leges municipales non est in omnibus propriis civitatibus. 207, 18.

Potestas condendi leges civiles neque fidem, neque aliud donum supernaturale postulat in subjecto in quo existit. 208, 2.

Potestas condendi leges in hominibus injustis permanet. 209, 7.

Potestas civilis an respiciat felicitatem æternam vitæ futuræ. 212, 4.

Potestas civilis in pura natura spectata quam finem intrinsecum habeat. 213, 7.

Potestas civilis non multum curat de actibus internis. ib., 8.

Potestas civilis ut est in principibus christianis fidei conjuncta non extenditur in materia vel actibus suis ad finem supernaturalem. 214, 9.

Asserere licitum esse ratione politici status leges ferre veræ religioni contrarias, hæreticum est. 216, 5.

Potestas civilis, vide POTESTAS ECCLESIASTICA. V.

Potestas obligandi sub mortali in lege civili, non ex speciali Christi concessione, sed ex natura rei consequitur. 269, 3.

Potestas imperatoris quo se extendat in privilegiis concedendis. Vide PRIVILEGIUM. V.

Potestas temporalis quomodo subjecta spirituali. 192, 3.

Potestas suprema quæ sit. XXIV, 224, 1.
 Potestas suprema gubernandæ communitatis ipsimet soli et toti communitati a Deo tribuitur immediate, non peculiari dono, sed consequentia naturali. 207, 5 — 216, 11 et seq.
 Potestatem aliquam quibus modis Deus immediate concedat. 206, 3.
 Potestatis civilis auctoritas et honestas. 203, 3 et s.
 Potestatis civilis necessitas maxima. 204, 5.
 Potestas civilis suprema dividitur in democraticam, aristocraticam et monarchicam. 208, 7.
 Potestatis civilis hæc tria genera sæpe inter se commiscentur. ib.
 Potestatem civilem negavit quidam Galilæus, sectatoresque habuit sui erroris. 203, 1 et seq — 217, 2.
 Potestas legitima magistratuum, tam christianorum quam ethnicorum, Christianos, et justos etiam continet. 217 — 224.
 Potestas mere civilis, vel in uno est homine, vel in uno concilio sociato ad gubernandam cæteram communitatem. 204, 5.
 Potestas civilis a Deo instituta confertur bifariam ab hominibus. 211, 16.
 Potestas regalis multis modis dicitur a Deo dari. 216, 11 et seq.
 Potestas regalis non est immediate a Deo. 208, 7.
 Potestas regalis non ex divina institutione positiva, sed solum ex ratione naturali ducit originem : ab hominibus vero libere atque immediate data est. 210, 13.
 Potestas regalis quanta sit, 212, 18.
 Potestas regalis comparatur diversis modis. ib., 19 — 228, 12.
 Potestatis regalis diversi gradus. 212, 18.
 Potestate regali Christiani non prohibentur. 220, 10.
 Potestas aristocratica non est immediate a Deo. 209, 9.
 Potestas popularis seu democratica naturalior est cæteris. 208, 8.
 Potestas popularis imperfectior est cæteris ad finem politicum. ib.
 Potestas civilis duplex, urbana seu moralis, executiva seu militaris. 311, 10.
 Potestatem civilem deperdi quovis peccato mortali, posseque magistratus ita peccantes corripere a quolibet subdito commentum fuit hæreticorum.
 Potestas civilis subjecta est ecclesiasticæ. 308, 1.

POTESTAS ECCLESIASTICA.

Potestas temporalis in universum orbem an sit in summo Pontifice. V, 193, 4.
 Potestas ferendi leges obligantes totam Ecclesiam,

vel omnes provincias Ecclesiæ subjectas, non est in imperatore. 197, 8.
 Potestas Ecclesiæ in hæreticos et infideles, quæ. 209, 6.
 Esse in Ecclesia potestatem peculiarem ad regendam illam. 327, 3.
 Potestas hæc vere et proprie legislativa est. 328, 6.
 Potestas hæc spiritualis et supernaturalis est. 329, 7.
 Et quomodo. 333, 11.
 Potestas hæc perfecta prout nunc in Ecclesia, quomodo sit propria legis gratiæ. 331, 2 et seq.
 Potestas regalis et sacerdotalis in lege scripta distincta. 332, 7.
 Potestatem legislativam in hebræo populo fuisse. 333, 9.
 Potestas sacerdotalis in lege veteri inferioris ordinis ab ea quæ nunc est in Ecclesia. ib., 10.
 Potestas ut nunc est in Ecclesia in multis superat potestatem legis veteris. ib., 11.
 Potestas hæc data fuit Petro immediate a Christo Domino, et speciali modo. 334, 1.
 Potestas hæc quomodo aliis Apostolis data fuerit, et a quo. 335, 4.
 Potestatis Petri et reliquorum apostolorum diversitas. 336, 9.
 Potestatem legislativam in universam Ecclesiam a Christo immediate summo Pontifici dari, ex vi institutionis ejus. ib., 10.
 Et quomodo. 343, 11.
 Potestatem hanc solis Apostolis immediate a Christo datam. 339, 16.
 Potestas jurisdictionis sine consecratione datur. 343, 11.
 Potestas ferendi leges non est de ratione intrinseca muneris episcopalis. 347, 23.
 Potestas ecclesiastica ferendi leges, quibus delegabilis. 358, 22.
 Potestas hæc non pendet ex moribus hominum, nec ex fide. 359, 3.
 Potestas ecclesiastica legislativa in lege evangelica est præstantior potestate civili, 361, 1.
 Potestas ecclesiastica, etiam ut legislativa, est supernaturalis. ib.
 Potestatis ecclesiasticæ excellentia ex fine desumpta. 362, 2.
 Ex efficiente. 364, 5.
 Ex subjecto. ib., 6.
 Potestas ecclesiastica in feminis esse nequit jure ordinario. ib., 7.
 Potestatis ecclesiasticæ aliæ excellentiæ tanguntur. 365, 8.
 Potestati ecclesiasticæ potestas civilis subordinata et subjecta. 365, 2.
 Potestas canonica et civilis nec necessario conjunctæ, nec necessario separatæ. 368, 3.

Potestas jurisdictionis quatenus possit irritare. XIV, 900, 13.

Potestas irritandi non est semper spiritualis. 1047, 8.

Potestas irritandi potest esse dominativa. ib.

Potestas dominativa an requirat causam ad irritandum votum. 1048, 10.

Potestas ordinaria et delegata quomodo differant. 1088, 1.

Vide VOTI COMMUTATIO, et VOTI DISPENSATIO. XIV.

Potestas approbandi religiones immediate est in Papa jure divino. XV, 207, 1.

Est etiam aliquo modo in Episcopis. ib., 2.

Hæc potestas altiori modo est in Papa, quam sit in Episcopis. 210, 13.

Sex differentia assignantur inter potestatem et approbationem Pontificiam et Episcopalem : prima est, quod approbatio Episcopi potest esse pro sua diœcesi tantum, Pontificis vero potest esse pro tota Ecclesia. ib., et seq.

Approbatio Episcopi fallibilem et mere humanam certitudinem habet ; Pontificis vero divinam et infallibilem. 211, 17.

Hæc potestas est immediate in Pontifice de jure divino, non ita in Episcopis. 214, 24.

Item in Papa est immutabilis per hominem, in Episcopo est cum dependentia a Pontifice, a quo limitari vel auferri potest. ib., et seq.

Pontifex potest approbare religionem solemnizando vota, non ita Episcopus. ib., 23.

Tandem Papa religionem approbare simpliciter potest ; Episcopus secundum quid. 215, 30.

Potestas approbandi religiones Episcopis ablata est a Concilio Lateranensi. 208, 4.

Potestas jurisdictionis in tribus modis requiri potest ad statum religiosum. 216, 1.

Quid significetur nomine potestatis et jurisdictionis dominativæ. ib., et seq.

In statu religioso necessaria est in Prælato potestas gubernativa et suo modo dominativa, distincta et separabilis a jurisdictione. 248, 6.

Est sufficiens hæc sola potestas ad constituendum statum religiosum. 219, 8.

Ad perfectum regimen necessaria est propria potestas jurisdictionis aliquo Prælato religionis saltem extrinseco, qualis est Episcopus. 220, 11.

Et quasi proprietas consequens statum religiosum. ib., 12.

Potestas dominativa oritur ex professione religiosa, et ordinarie conjungitur cum potestate jurisdictionis. 221, 13.

Potestas acceptandi religiosam professionem vice Dei est necessaria ad statum religiosum. 233, 14.

Data est D. Petro, et pertinet ad potestatem ligandi atque solvendi. ib., 14.

Triplex potestas datur in Prælato ad præcipiendum. 901, 1.

Vide IRRITARE. XV.

Potestas recipiendi ad religionem est immediate in sola qualibet religione approbata, et includitur in ipsa approbatione. 341, 2.

Necessario est committenda alicui vel aliquibus in particulari. 342, 3.

Ex jure communi pertinet ad Abbatem in religionibus monasticis, in Mendicantibus vero ad Provinciam ; sed consulendum quid in hac materia determinet quælibet religio. 343, 6.

Sixtus V eam committit Generali, seu Provinciali, et definitivis. 347, 18.

Item Provinciali cum duobus aut tribus localibus ad hoc designatis, vel cum duobus aut tribus Patribus antiquioribus, electis a capitulo provinciali Mendicantium, vel generali monachorum. ib., et seq.

Ad receptionem suffragia definitorum vel electorum non sunt tantum consultiva, sed definitiva ; non requiritur consensus omnium, sed sufficit si plures consentiant cum provinciali. 348, 19.

Vide PROFESSIO. XV.

Potestas jurisdictionis, et potestas dominativa inter se diversæ sunt, et unde utraque prælatis religionis oriatur. XVI, 78, 2 et seq. — 80, 7 — 761, 2.

Unam posse esse sine alia, itemque unam ab alia juvari ; et quomodo. 762, 3.

Cætera, vide JURISDICTIO et PRÆLATUS. XVI.

Remittendi peccata quando data discipulis, XIX, 896, 7.

In Ecclesia est potestas in foro contentioso a Christo immediate concessa omnibus Apostolis. XXIII, 4, 2 et seq.

Et instituendi censuras. 7, 14.

In quo sit. 17, 2.

Cui possit delegari. 21, 1 et seq.

Potestas jurisdictionis duplex. 4, 2.

Potestas Pontificia in quo differat a regia. 12, 2.

Potestas ordinaria duplex. 19, 10.

Gubernator civilis, non defendens Ecclesiam, quomodo puniatur. 620, 1 et seq.

Potestas ecclesiastica nulla fuit in lege naturæ. XXIV, 249, 4.

Potestatis ecclesiasticæ differentia a temporali. 234, 11 et seq. — 349, 6.

Potestas ecclesiastica temporalem multis modis excellit. 302, 1.

Potestas ecclesiastica indirecta vim directivam temporalium rerum includit. 309, 3.

Potestas jurisdictionis interni fori quæ sit. 231, 2.

Potestas ordinis quas vires habeat. 231, 1.

Potestatis ordinis discrimina. 236, 17.

Potestas Ordinis apud hæreticos Angliæ confertur

- a rege vel magistratu, per solam ministri designationem. 216, 12.
 Potestas ecclesiastica jurisdictionis externæ. 231, 2.
 Potestatem ecclesiasticam fori externi negant hæretici, præcipue Angli. 231, 3 et seq.
 Potestas ecclesiastica fori externi probatur. 232, 6 — 238.
 Potestas ligandi coercivam includit. 316, 6.
 Potestas ecclesiastica num pœnam capitis possit inferre. 368, 18.
 Potestas ecclesiastica data a Summo Pontifice ad se coercendum invalida est. 384, 2 et seq

POTESTAS CHRISTI.

- Potestas regendi Ecclesiam creaturis communicata est in suo genere propria et principalis, influendi vero gratiam, instrumentaria tantum. XVII, 646, 2.
 Nulli creaturæ hæc Christi potestas est communicabilis. 462, 3.
 Eam habuit a primo incarnationis instanti. 462, 5.
 Habuit Christus, in quantum summus sacerdos, supernaturalem quamdam excellentiæ potestatem in universam Ecclesiam. XVIII, 461, 1.
 Potestas excellentiæ Christi in quo consistat. ib.
 Potestatem regiam, et legislativam in omnem mundum habuit, verumque spirituale regnum. 461, 2.

POTESTAS VOLUNTATIS.

- Potestas remota voluntatis ad faciendum actum, posita suppositione antecedente, non est sufficiens ut libertas salvetur. VII, 44, 32.

POTESTATES.

Vide CHORUS, V.

PRACTICA MOTIO.

- Practica motio quotuplex. XIV, 7, 9.

PRACTICUM ET SPECULATIVUM.

- Practici et speculativi variæ differentiæ. III, 745, 1-2.
 Practica et speculativa scientia an differant ex fine scientiæ, an ipsius scientis. 746, 3.
 Ad proximum actualem an requiratur actualis intentio operandi. ib., 4 et seq.
 Inter practicos actus alii aliis sunt magis practici. 747, 7.
 Practicus actus, et praxis, quid. ib., 8.
 Praxis an sit aliquando ipsa intellectus operatio. ib., 9.
 Practicus et speculativus intellectus nec realiter, nec formaliter differunt. 748, 10 et seq.
 Practicus habitus a speculativo an essentialiter differat. ib., 12-13.

- Practica scientia an sit Dialectica. 749, 14.
 Idem habitus an simul possit esse practicus et speculativus. ib., 15.

PRACTICUM JUDICIUM.

- Practicum iudicium non necessitat voluntatem. IV, 167, 21.

PRÆCEPTUM.

- Præceptum, vide JEJUNIUM. V.
 Præceptum impositum Adæ in statu innocentiae, quomodo alios comprehendebat. V, 25, 9.
 Præceptum requirit aliquam supremam potestatem in præcipiente. 35, 3.
 Differentia inter præceptum purum et statutum, seu constitutionem. 46, 9.
 Præceptum superioris ad limitatum tempus, per se loquendo, non est lex. 48, 16.
 Præceptum implere et non transgredi diversum. 122, 2.
 Quæ displicentia operis præcepti impediatur ejus adimpletionem. 124, 7.
 Cognitio actus præcepti, ut præceptum est, quomodo requisita. ib., 9.
 Præceptum Abrahæ quomodo intelligendum. 149, 20.
 Præceptum non ducendi plures uxores quomodo intelligendum. 152, 28.
 Præceptum, ut tale, non datur nisi de futuro. 228, 8.
 Præceptum annuæ confessionis quomodo et per quam confessionem violetur. 382, 10.
 Præceptum affirmativum et negativum, et eorum differentia. 121, 1.
 Præceptorum naturalium triplex ordo. 144, 2.
 Præceptum positum sub mortali, in materia levi, obligat sub veniali. 273, 6.
 Præceptum apostolicum abstinendi a sanguine, etc. Act. 15, obligabat sub mortali. 400, 4.
 Præcepta jejunii, missæ, communionis, etc., sine formali contemptu frangi posse. 402, 9 et seq.
 Præcepta hujusmodi transgrediendo qui graviter peccat, licet non habeat consuetudinem peccandi. 403, 12.
 Nulla potestate humana posse proprium præceptum naturale mutari. 138, 8.
 Præcepta naturalia possintne aliqua potestate humana immutari. 139, 11.
 Quæ præcepta immutabilia omnino, etiam a Deo. 151, 26.
 Præceptum recitandi horas canonicas obligat in conscientia, licet pœnam imponat beneficiatis restituendi. 422, 9.
 Præceptum spei, fidei et charitatis in lege veteri extitisse. VI, 439, 17.
 Præcepta legis veteris sexcenta et tredecim fuisse. 442, 26.

- Præcepta credendi plura mysteria in lege nova quam in veteri, quo jure sit inductum. 334, 4.
- Præceptum credendi explicite in lege nova, quo sensu potest dici positivum. 337, 9.
- Præceptum spei in lege nova quomodo intelligendum. ib., 10.
- Præceptum charitatis in lege nova quale. ib., 11.
- Præceptum Christi de charitate ad infideles se extendit. 338, 12.
- Præceptum prædicandi datum pastoribus Ecclesiae, quo jure inductum. 336, 8.
- Præcepta erga proximum septem : erga Deum tria. 441, 24.
- Præcepta Decalogi, vide LEGIS VETERIS FORMA. VI.
- Præceptorum Decalogi et aliorum differentia. 445, 4.
- Præceptorum ordo in tabulis scriptorum. ib., 5.
- Præcepta in tabulis descripta, et cur hoc. ib.
- Præcepta Decalogi quando sufficienter promulgata. 446, 6.
- Præcepta tam caeremonialia quam judicialia habuerunt rationem figuralem ex institutione divina. 433, 13.
- Præceptum aliquod Angelis datum ab initio creationis, et cur hoc. 420, 5.
- Præcepta Dei homini in hoc statu imposita, esse illi impossibilia censet Calvinus. VII, 271, 11.
- Præceptum conservandi justitiam originale non fuit distinctum ab aliis præceptis, etiam in Adamo. 373, 11.
- Præceptum non potest esse de re impossibili. ib.
- Præceptum operandi semper fructuose non invenitur. 397, 12.
- Præcepta omnia legis naturæ, etiam quoad substantiam, servari non possunt naturaliter. 417, 43.
- Potest tamen unum vel aliud præceptum, etiam quoad honestas circumstantias. ib.
- Præceptum amandi Deum super omnia, ut auctorem naturæ, est naturale. 540, 7.
- Ab illo non eximerentur homo et Angelus, etiamsi in pura natura crearentur. 541, 8.
- Præcepta Decalogi continent legem mere naturalem etiam per comparisonem ad puram naturam rationalem. ib.
- Præceptum amandi Deum super omnia, si non daretur, nullum foret peccatum mortale præsertim contra proximum. ib.
- Præceptum dupliciter dici potest supernaturale. 703, 2.
- Dari hominibus præcepta supernaturalia de actibus supernaturalibus quoad substantiam negavit Pelagius. ib.
- Ad implendum quodcumque præceptum supernaturale de interno actu, est necessaria gratia. 704, 7 — 709, 22.
- Non solum ad observantiam cujusque præcepti in tota sua latitudine, sed etiam ad observantiam illius in quolibet actu supernaturali interno, necessaria est gratia. 703, 8.
- Neque solum gratia est necessaria ad omnem actum supernaturalem implentem præceptum, sed ad omnem actum, ut impleat; et hoc tam ad substantiam quam ad modum actus. ib., 10-11.
- Ad vitandam culpam contra præceptum supernaturale affirmativum, vel etiam negativum de re supernaturali, gratia est necessaria. 707, 18.
- Præcepta supernaturalia pure negativa non dantur de actibus internis. ib.
- Peccatum contra præceptum supernaturale virtuti etiam naturali opponitur. 708, 19.
- Dupliciter caveri potest actus contrarius supernaturali præcepto. ib., 19-20.
- Ad observanda præcepta supernaturalia, gratia auxilians seu adjuvans est per se necessaria et sufficiens. 709, 24.
- Non tamen semper sine habituali gratia servantur. ib., 25.
- Præcepta supernaturalia de actibus externis possunt interdum quoad substantiam impleri sine auxilio gratiæ. 710, 2.
- Non vero quoad supernaturalem modum quem habere possunt ex operante. ib.
- Quibus modis possit esse præceptum de actu externo. 710, 2-3.
- Præceptum Adamo in Paradiso impositum non comedendi de ligno vetito erat supernaturale tantum quoad modum. ib., 2.
- Ad illius substantiam non erat necessaria gratia. ib.
- Præcise spectatum non obligabat quoad modum. ib.
- Ad præceptum de exteriori actu, cujus observatio pendet per se ab interiori supernaturali, est necessaria gratia. 711, 4.
- Præceptum absolute administrandi seu efficiendi sacramentum potest sine gratia habituali, imo sine fide impleri. 712, 6.
- Quamvis sæpe non fiat sine aliquo auxilio spectante ad ordinem gratiæ gratis datæ. ib.
- Ad implendum præceptum ministrandi digne sacramentum necessaria est gratia, saltem habitualis. 713, 9.
- Præceptum recipiendi sacramentum potest impleri sæpe sine gratia, et cum peccato. In penitentia tamen sacramento, nunquam. ib., 10.
- Præceptum sumendi Eucharistiam, divinum et ecclesiasticum, sine gratia et cum peccato impleri potest. ib., 12.
- Ad implendum præceptum recipiendi digne sacramentum necessaria est gratia. 714, 13.
- Ad implendum præceptum recipiendi digne sacramenta mortuorum, gratia habitualis non requiritur, sed tantum auxilians. ib.

- Habitualis vero per se requiritur ad sacramenta vivorum. 714, 14.
- Amor naturalis benevolentiae Dei non includit observantiam omnium praeceptorum. 533, 12 et seq.
- Præcepta divina servari non posse in singulis occasionibus cum ordinaria gratia, error est. IX, 568, 13 et seq.
- Secus in omni occasione. ib.
- Præcepta Dei nec supponunt nec causant impossibilitatem in sua materia. 569, 16.
- Præceptum non datur carenti fomite, vel motibus ejus omnibus. ib.
- Præceptum non violare non sufficit semper ad gratiam obtinendam. 543, 13.
- Præceptum datur procurandi gratiam, et conservandi illam. 66, 9.
- Præceptum. Vide MERITUM. IX.
- Operari ex præcepto non tollit libertatem operantis. X, 28, 7.
- Præceptum liber facit qui libens facit. 512, 3.
- Præcepta affirmativa non obligant pro semper, sed pro determinato tempore. 531, 1.
- Præcepti affirmativi transgressio ut sit culpabilis, necessarium est ut omissio actus debiti sit necessaria. ib., 2.
- Præceptum adorandi Deum, in quo Decalogi præcepto continetur. XIII, 82, 14.
- Tertium præceptum quoad determinationem Sabbathi est caeremoniale, quoad substantiam tamen est morale. 82, 16.
- Quale fuerit tertium præceptum Decalogi, vide FESTI DIES. XIII.
- Præcepta positiva, nisi fidei et sacramentorum, non tradidit Christus Dominus. XIV, 102, 4.
- Præceptum de oratione est juris naturalis, ac proinde semper obligavit. 104, 3.
- Præcepta quæ semper obligarunt. ib.
- Præceptum naturale de oratione mentali est præcipue. 103, 5.
- Præceptum naturale de oratione, ad quam virtutem spectet. ib., 6.
- Ad religionem. 106, 8.
- Quando obligat. ib. et seq.
- Præceptum naturale de divino cultu non obligat de se ad actum determinatum. ib., 9.
- Præceptum de oratione pro quo tempore obliget. 107, 1 et seq.
- Præceptum orandi non omnes æque obligat. 111, 12.
- Præceptum ecclesiasticum nullum est de oratione mentali directe. 128, 4.
- Præceptum divinum de oratione mentali pro certo aliquo tempore nullum. 129, 6.
- Præceptum divinum de oratione vocali nullum est. 234, 5.
- Præceptum ecclesiasticum positivum non solet imponi sine certa temporis determinatione. 232, 9.
- Præceptum impletur etiam cum voluntate non satisfaciendi hac vice, si postea mutet. 400, 8.
- Præceptum non pejerandi naturale est. 675, 1-2.
- Præcepta primæ tabulæ quo sensu sint graviora præceptis secundæ. 684, 10.
- Præceptum affirmativum non obligat pro semper. XV, 34, 2.
- Non possunt præcipi omnia bona opera, nec a lege naturali. 33, 3.
- Nec a positiva divina vel humana. ib., 4.
- Præceptum charitatis sumptum ex cap. 22 Matth. explicatur. 41, 5 et seq.
- Quomodo contineat virtute alia præcepta. 42, 7.
- Ex vi præcepti charitatis tenemur habere in affectu et spe perfectissimum amorem patriæ. 44, 12.
- Præceptum in actibus humanis aliquando obligat ad specificationem, aliquando ad exercitium actus. 686, 9.
- Vide OBEDIENTIA SIMPLEX et SOLEMNIS, MATRIMONIUM et CONCILIUM. XV.
- Præcepta humana ut obligent in conscientia, quas condiciones habere debent. XVI, 137, 14 et seq.
- Præcepta a superioribus absolute imposita quantum obligent; graviterne, an leviter. 142, 25.
- Quando censeantur graviter obligare. ib., 26.
- Præceptum quando imponitur sub pœna excommunicationis ferendæ, apud religiosos est signum graviter obligare. ib.
Restitutio pro defectu recitationis, cui sit facienda. 436, 17-18.

Restitutio fructuum non est necessario facienda pro primis sex mensibus, licet ulterius continetur defectus recitationis. 432, 14.

Restitutio non obligat cum gravi onere et detrimento. XV, 325, 10.

Vide DEBITOR, et PROFESSIO. XV.

Qui alteri damnum intulit tenetur illud resarcire quantum potest ex bonis ejusdem ordinis. XXII, 303, 6.

Discrimen inter restitutionem Deo et homini faciendam. 317, 10.

In aliquo casu potest quis obligari ad statim restituendum Deo famam vel honorem. 317, 11-12.

Potest quis non peccare mortaliter accipiendo, peccare autem non restituendo. XXIII, 493, 3.

RESURRECTIO.

Resurrectio opus miraculosum est. IX, 304, 9.

De resurrectione Christi, vide CHRISTI RESURRECTIO. XIX.

De resurrectione B. V., vide MARIE RESURRECTIO. XIX.

Probabile Joannem Evangelistam resurrexisse in corpore glorioso. XIX, 317, 8.

Probabile eos, qui cum Christo resurrexerunt, anima et corpore gloriosos cum Christo regnare. 801, 5.

Num aliqui sancti ex his, qui in sancta civitate apparuerunt Christo mortuo, surrexerint ante Christi resurrectionem. 643, 9.

Resurrectio quid. 744, 1.

In quo differat a recreatione. ib.

Quibus in rebus locum habeat. ib., 2-3.

Resurrectio ut sit vera, eadem numero anima necesse est ut redeat. 743, 1.
 Num debeat redire eadem numero materia. 746, 2.
 Resurgentne propriis corporibus, qui communem habuere materiam. 748, 6.
 Resurgentne pueri in majori quantitate. 749, 7.
 Num requiratur eadem materia singulorum membrorum. 750, 9.
 Num eadem numero unio materiæ cum forma. 751, 12.
 Num eadem accidentia specie. 752, 1.
 Num eadem numero. 753, 2.
 Num idem sexus. ib., 4.
 Resurrectio num in instanti futura. 755, 1.
 Num specie differat a prima generatione rei. 759, 7.
 Num sit spiritualis mutatio quoad substantiam, vel quoad modum. ib.
 Divina virtute fieri potest reparatio cujuscunque individui. 763, 9.
 Resurrectio naturæ debita non est. 765, 4.
 Naturali tamen ratione possibilis ostendi potest. 768, 2.
 Quomodo ad fidei articulos pertinet. ib., 3.
 Resurrectio generalis futura. 913, 3.
 Omnes justi proprie surrecturi. 921, 3.
 Et omnes damnati propter propria peccata. 924, 3.
 Et infantes qui in originali decesserunt. 925, 4.
 Causæ generalis resurrectionis. 926, 1 et seq.
 Tuba et vox audienda in die resurrectionis. 927, 5.
 Prius resurrectio mortuorum futura quam Christus ad judicandum veniat. 928, 8.
 Christi imperium, et Angelicum ministerium resurrectionem operabitur. 929, 10.
 Quid operatur Angeli in resurrectione. 930, 11.
 Organizationem corporum suscitandorum Christus efficit. 931, 15.
 Et unionem substantialem animæ cum corpore. ib., 16.
 Quo instrumento. 932, 17.
 Malorum etiam resurrectionem Christus causabit. 933, 18.
 Resurrectionis justorum Christus exemplar perfectissimum. ib., 2.
 In quo consistat similitudo ad ipsum Christum. 934, 3.
 Corpora justorum resurgentium non sunt æqualia futura corpori Christi et pulchritudine, et magnitudine. ib., 4.
 In qua ætate justi resurrecturi. ib., 5.
 Resurrectionis infantium decedentium in originali Christus exemplar. 935, 7.
 Non vero proprie resurrectionis damnatorum. 936, 11.
 Christus etiam quoad terminum a quo exemplar nostræ resurrectionis. 938, 1.

Non secluso privilegio omnia corpora ante resurrectionem in cineres resolvendas. ib., 2 et seq.
 Quo in loco futura resurrectio: 944, 1 et seq.
 Justorum resurrectio usque ad diem judicii futura non est. 943, 1.
 Resurrectio omnium eodem momento futura. 948, 1.
 Resurrectio generalis hora matutina futura. 951, 3.
 De his quæ corpori accidunt post resurrectionem, vide CORPUS ET ANIMA. XIX.

REUS.

Reus ad executionem aliquarum pœnarum non tenetur. V, 462, 12.
 Vide SENTENTIA. V.
 Reus, data sententia qua ad mortem damnatur, potest ascendere scalam, extendere collum, etc. 462, 13.
 Reus tenetur pœnam justam exilii et similes per se exercere. 464, 17.
 Reus ad quas pœnas pecuniarias obligari possit. ib., 18.
 Reos morte et suppliciis liberare, veniam apud judicem impetrando, officium est charitatis, et religiosis maxime conveniens. XVI, 1055, 10.
 Qua ratione hoc officium sit obeundum, et an illud in particulari Societas habeat. ib., 11.
 Reus quando interrogari possit, cum proceditur via specialis inquisitionis. 1029, 30.
 Reus ad hoc, ut teneatur judici respondere, debet illi prius legi processus, ut illi constet de legitimo processu, et probatione contra illum facta. ib.
 Excommunicatus potest compelli ad standum in judicio, ut reus. XXIII, 436, 1.
 Reus injuste accusatus, qui contra accusatorem obtinet mutilationem in pœnam talionis, non fit irregularis. XXIII bis, 500, 9.
 REVELATIO.
 Trinitatis mysterium absque revelatione divina non solum non potest demonstrari, sed nec ut possibile excogitari. I, 567, 10 et seq.
 Trinitatis cognitio non solum non est naturalis Angelo, sed etiam non est possibile per divinam revelationem distingui a visione intuitiva. 569, 17.
 Revelatio Trinitatis esse potest, vel obscure, vel evidenter, vel aliter. 570, 2.
 Beati clara revelatione Trinitatis mysterium agnoscunt. ib.
 Trinitatis mysterium innotuit Angelis per revelationem cum primum beati fuere. ib.
 Revelatio Trinitatis non demonstrans eam in se necessariò alicujus nititur testimonio. ib., 3.
 Revelatio duplex est. ib.

- Utraque est possibilis. 370, 3.
- Revelatio Trinitatis confert homini Trinitatis aliquam cognitionem supernaturalem, si revelationi proportionetur. 374, 4.
- Vide MYSTERIUM. I.
- Revelatio facta Petro, Act. 10, contigit anno Christi quadragesimo primo. VI, 532, 4.
- Revelationem nomine gratiæ agnovit Pelagius. VII, 233, 16 — 587, 6.
- Quomodo fiat revelatio. 156, 21 et seq.
- Revelationes mere internæ, maxime ad communem fidem spectantes, raræ post Christi adventum. 233, 16.
- Revelationem, legem ac prædicationem dari propter meritum humanum, et propter demeritum negari, crediderunt Semipelagiani. 239, 24.
- Aliqua esse mysteria quæ absque revelatione cognosci nequeunt, ostenditur. 386, 2.
- Revelatio divina viatori necessaria est ad cognoscendum Deum sicut oportet. 391, 6.
- Quænam revelatio sit necessaria ad hujusmodi cognitionem. 388, 8.
- Revelatio divina generatim gratia dici debet. *ib.*, 9-10.
- Ad cognoscenda objecta etiam naturalia, fide divina, divina revelatio requiritur. 588, 7.
- Hæc revelatio non confertur a Deo ex meritis, sed mere gratis. 389, 12.
- Duplex modus credendi revelata a Deo, unus fidei infusæ, acquisitæ alter. 620, 3 et seq.
- Revelatio propria quid. XII, 48, 7.
- Ab instinctu divino differt. 48, 9.
- Revelationem esse quidpiam Deo revelanti intrinsicum perperam nonnulli docuerunt. 43, 5.
- Deus ut revelans est objectum formale fidei. 42, 3.
- Revelatio privata sufficienter proposita, in quacunque materia versetur, sufficit ad assensum ejusdem speciei et habitus, cum aliis fidei assensibus. 91, 5.
- Non tamen erit ille assensus elicited a fide, prout formaliter catholica. 92, 6.
- Revelationem privatam recipiens, tenetur credere quæ revelantur. *ib.*, 7.
- Non sic alii ordinarie loquendo. *ib.*
- Possunt tamen alii aliquando obligari, si revelatio privata eis sufficienter proponatur. *ib.*
- Revelationes privatæ quomodo probandæ et examinandæ.
- Revelatio virtualis quid, et quomodo differat a confusa. 96, 5.
- Revelatio formalis confuse continens multas veritates, quomodo sufficiat ad objectum formale fidei et ad assentiendum de fide particularibus in ea contentis. 97, 6.
- Revelatio tantum virtualis seu mediata non sufficit ad objectum formale fidei. *ib.*, 7 et seq.
- Nec assensus in illa fundatus cum juvamine aliqujus principii naturaliter evidentis, est perfectior quam theologicus. *ib.*
- Revelasse Deum mysteria fidei ipsa fide divina creditur. 103, 8.
- Imo hæc revelatio in quocumque actu fidei, intrinsece et per se primo creditur. 104, 9.
- Revelatio divina est objectum formale fidei, prout credita, fide solum infusa. *ib.*, 10.
- Revelatio in re falsa, existimata tamen vera, non sufficit ad fidem divinam. 108, 3.
- Revelare cuiquam absolute sui reprobationem Deus non potest. 628, 6.
- Potest tamen de potentia absoluta. *ib.*
- Revelata reprobatione non teneretur quis sperare beatitudinem, imo nec posset. *ib.*, 7-8.
- Potest tamen sperare auxilia necessaria ad aliqua bona opera, et ad vitanda singula peccata. 629, 8.
- Non autem positive et proprie desperare de misericordia Dei. *ib.*
- Revelationes factæ prophetis, quales fuerint, vide PROPHECIA. XII.
- Revelationem de nostro malo non tenemur accipere ut irrevocabilem. XIV, 60, 11.
- Revelatio de proprio damno non impedit orationem. *ib.*
- Revelatione posita absoluta de damnatione, non potest quis contra niti circa ultimam salutem. *ib.*
- Revelatio pure intellectualis, imaginaria et externa quomodo se habeant. XIX, 139, 5.
- De revelatione B. Virginis facta, vide MARIE REVELATIONES. XIX.

REVERENTIA.

Quid sit, et a quo virtute procedat. XIII, 40, 5.

REX.

- Rex duorum regnorum diversorum non potest eisdem legibus obligare utrumque si uni essent utiles, non alteri. V, 33, 14.
- Regis potestas, vide POTESTAS CIVILIS. V.
- Rex aliquando reginæ subditus esse potest. 206, 15.
- Vide PRINCEPS. XII.
- Si rex non solvat stipendium suis ministris, non tenetur regnum illa solvere. XIII, 143, 10.
- Reges accipiunt decimas a Pontifice per liberalem donationem. 188, 11.
- Non possunt instituere dies festos. 299, 2.
- Possunt præcipere subditis feriari a laboribus. *ib.*, 3.
- Non possunt immediate processionem publicam præcipere. *ib.*
- Quando princeps non potest ferre legem, neque potest pro illa pœnam exigere. 301, 7.
- Potest leges condere in sua terra, etiam in ordine ad peregrinos. 307, 12.

De regibus, qui Magi dicuntur, vide CHRISTI MANIFESTATIO. XIX.

Reges apud Persas non eligebantur nisi qui magiam didicissent. XIX, 237, 4.

Regum excellentiæ. XXIV, 323, 5 ad 328.

Regibus jure gentium obedientia debita est. 219, 7.

Regum muneri nulla data est potestas spiritualis. 238, 3 et seq.

Regum potestas subjecta est spirituali. 368, 1 et s.

Reges Christiani potestate civili suprema sunt præditi. 226, 6.

Regum potestas nihil minuitur ex fidei Catholice professione, imo amplificatur. 349, 6.

Regum vitam tenentur subjecti defendere, conjunctiones et crimina læsæ majestatis, optimo quo possint modo, aperiendo. 672, 7.

Regem creare infidelem Christianis non licet. 219, 6.

Rege per sententiam declarato hæretico, liberantur subjecti a sacramento fidelitatis. 683, 2.

Reges tolli a populo possunt quibus de causis. 213, 3.

Regis est libertatem dicendi permittere. 202, Proæm.

Vide POTESTAS CIVILIS, et EXCOMMUNICATIO. XXIV.

RISUS.

Vide PASSIO. III.

RITUS.

Ritus quid significet. VI, 452, 7.

Ritus juris et facti. ib., 8.

Ritus infidelium rationi naturali contrarii, non sunt permittendi. XII, 451, 9.

Quid de ritibus soli fidei contrariis. ib., 10.

Ritus Judaici cur ab Ecclesia et quibus limitationibus permittantur exerceri in terris fidelium. 451, 10-11,

Vide VESTES. XII.

Ritus servandi in uniuscujusque sacramenti administratione. Vide SINGULA SACRAMENTA, § Ritus XX, XXI.

ROFFENSIS.

Roffensis juramentum et pœnitentia. XXIV, 666, 5.

Roffensis martyrium. 732, 11.

ROMA, VEL ROMANI.

Octavo die post nativitatem imponebant nomina puellis suis, pueris vero nono. XIX, 255, 1.

Reos affigebant cruci. 566, 5.

Romanorum imperium fere usque ad diem iudicii duraturum. 1065, 3.

Quomodo tunc extinguendum. ib., 4.

Urbs Romana an delenda ante antichristum. 1066, 5.

Roma non habuit septem formas regiminis a Jacobo inventas. XXIV, 544, 12.

Romæ dicitur inveniri sanguis eorum Martyrum, qui usque ad Joannem Evangelistam a magistratibus Romani imperii occisi sunt. 613, 11.

Roma fortasse iterum sub Antichristo vulgo ethnica erit. 643, 8.

Romæ expugnatio per Alaricum, Gotthorum regem. 534, 8.

Per Gensericum, regem Vandalorum. ib., 10.

Per Odoacrem, regem Ernlorum. ib., 11.

Bina per Totilam, Gotthorum regem. 553, 12.

Romæ eversio, atque excidium ultimum, ante diem iudicii extremi. 538, 9.

Roma an sit evertenda penitus ab Antichristo. 560, 14 — 609, 15 — 638, 1.

Roma ethnica dicitur Babylon in Scriptura. 274, 9 — 537, 8.

Romæ superbia. 646, 19 et seq.

Romana Ecclesia. Vide ECCLESIA ROMANA. XXIV.

Romanus Episcopus. Vide PONTIFEX ROMANUS. XXIV.

ROMANA CURIA.

Impedientes victualia ad Curiam Romanam deferri excommunicantur. XXIII, 526, 64.

Percutientes eos qui in Romana curia causas agunt occasione earumdem causarum, excommunicantur. 530, 74.

Officiales Romanæ Curie, qui in terris Pontificiis munus accipiunt, ipsi et dantes, excommunicationem reservatam incurrunt. 612, 7.

ROMANA ECCLESIA.

Invadentes terras Romanæ Ecclesie excommunicantur. 541, 105.

Vide ECCLESIA ROMANA. XXIV.

ROMANUS PONTIFEX.

Vide PAPA. XII. PONTIFEX ROMANUS. XXIV.

ROSA.

Vide VEGETABILE. III.

ROSARIUM.

Rosarium Virginis. XIV, 257, 10.

Rosarium dicitur psalterium. ib., 11.

Rosarium simpliciter impositum in pœnitentiam, pro tertia parte usurpatur. ib.

Rosarii antiquitas. 258, 12.

Rosarium alternatim recitatum quomodo sufficiat ad implendam pœnitentiam. ib., 14.

Rosarium dictum per partes satis est ad implendam obligationem. 259, 15.

Rosarium qua attentione sit recitandum. ib., 16.

Rosario uno an fiat satis multis obligationibus. ib., 17.

S

SABA.

- Regina Saba unde venerit audire Sapientiam Salomonis. XIX, 239, 3
Saba provincia, ubi sita. 241, 10.

SABBATUM.

- Legem de servando Sabbato die septimo latam qui dixerint. III, 167, 9.
Refelluntur. ib.
Sabbatum quomodo sanctificatum. 168, 10-11.
Præceptum servandi sabbatum non obligabat ante legem Moysis. XIII, 244, 3.
Dies septima etiam a Gentilibus religiose observatur. ib.
An præceptum sabbathi fuerit positivum, vel negativum. ib., 5.
Sabbathi quies, quid significavit. 243, 8.
Sabbatum fuit determinatum a Deo per peculiarem revelationem. ib.
Male Seneca credidit Judæos perdere septimam vitam partem colendo Sabbatum. 246, 10.
Præceptum sabbathi cessavit in lege gratiæ quoad ceremoniale. 247 11.
Sabbathi observatio mortifera modo est. ib., 13.
Sabbathi observantiam excitabit Antichristus. ib., 11.
In lege veteri, an æqualiter prohibebantur opera externa in sabbatho et in aliis festis. 324, 8.

SACERDOS.

- Sacerdotes simplices et parochi ad quantam fidei notitiam teneantur ex præcepto. XII, 380, 6.
Sacerdos potest valide ab Episcopo hæretico ordinari. 332, 9.
Manet tamen suspensus quoad usum ordinis accepti. ib., 10.
Sacerdos hæreticus quomodo valide conferat sacramenta. ib., 9.
Quomodo sacramentalia. 333, 11.
Sacerdos ad beneficium promotus quam incurrat pœnam, si fidei professionem omittat. 398, 2.
Sacerdos an possit indicare aut exequi bellum, vide BELLUM. XII.
In sacerdotem hæreticum procedere possunt Inquisitores. 330, 27.
Vide PAROCHUS. XIII.
Sacrificium Eucharistiæ, qualiter per sacerdotes fiat. XIII, 90, 10.
In sustentationem sacerdotum quædam oblationes fiunt. 93, 7.

- Cur primitiæ sacerdotibus fuerint applicatæ. 112, 13.
Cur sacerdotes novæ legis majori decimarum sumptu indigeant, quam veteris. 123, 8.
Illis solvendæ sunt decimæ, licet alias divitibus. ib. 9.
Sacerdotibus non debentur alimenta ex justitia, eo quod tales sunt, sed quia ex officio ministrant. ib.
Sacerdotes divites esse solum decimarum dispensatores, quidam asserunt. 124, 11.
Sustentatio sacerdotum est de jure naturali, non tamen modus quo illi provideatur. 136, 5.
Castitas sacerdotibus maxime commendabatur, etiam ab ethnicis. 609, 9.
Probabile est peccata carnis in sacerdote esse sacrilegia gravia, etiam præscindendo a voto. ib.
Sacerdos quis dicatur in jure. XIV, 349, 8.
Sacerdos uno sacro poterit satisfacere pro multis parvis elemosynis. 371, 7.
Vide CASTITAS CLERICALIS, et STATUS. XV.
Apud Græcos in Synodo cautum est, ne quis ante trigesimum ætatis annum Sacerdos fieret. XIX. 393, 6.
Alienis ovibus sine licentia ministrans sacramenta peccat. XX, 297, 4.
Sacerdos, cum degradatur, usu Ordinis, non Ordine ipso, perpetuo privatur. 687, 5.
Qualiter se habeat respectu matrimonii et pœnitentiæ. Vide MATRIMONIUM, XX, et CONFESSIO, XX-XXI.
An possit ex dispensatione Papæ aliquos Ordines conferre, et quos. Vide ORDO. XX.
Omnia, quæ ad ipsum pertinent, quatenus minister Missæ est, vide MISSA, § Minister. XXI. Vide CONFIRMATIO, § Minister. XX.
Sacerdos, si extra sacrificium communicet, tenetur uti stola, sed non sub mortali. XXI, 506, 2.
Quantumvis ab Ecclesia præcisus, non amittit ministerium quod in persona Christi exercet. 505, Comment.
Quanta semper reverentia sacerdotes habiti. 33, 10.
Cum plures sacerdotes, quando ordinantur, simul cum Episcopo consecrant, componunt cum illo unum integrum ministerium. 371, 4 et seq.
In naturæ lege primogeniti erant sacerdotes. In lege scripta erant ex tribu Levi et Aaron familia, in lege gratiæ supernaturaliter consecrantur. 616, 8.
Potestas sacrificandi et consecrandi non distinguuntur in sacerdote. 661, 2.

Sacerdos tenetur de sacrificio participare, et probabile est hanc obligationem esse a jure divino. 671, 16.
 Sacerdos, qui munus Gubernatoris mere temporalis exercet, excommunicationem incurrit. XXIII, 628, 21.
 Sacerdotum dignitas et immunitas. XXIV, 403, 9.
 Sacerdotum dignitas in lege naturæ. 248, 2 et seq.
 Sacerdotum cognomina honorifica. 327, 18.
 Sacerdotes dicuntur angeli in S. Scriptura. 326, 12.
 Sacerdotis est libere dicere. 1, 1, Proæm.

SACERDOS, SACERDOTIUM, CHRISTUS SACERDOS.

Dicit essentialem ordinem ad sacrificii oblationem, vel ad actum sibi maxime proprium. XVIII, 448, 1.
 Sacerdotis munus, quod. 460, Proæm.
 Qui sacerdotes, et quale sacerdotium in lege naturæ. 453, 6.
 Christus vere et proprie sacerdos. 448, 1.
 Non ut Deus, sed ut homo, vel ut Deus homo 450, 3-4.
 Seipsum in sacrificium obtulit, et qualiter hæc oblatio ab oblatione martyrii differat. 449, 3.
 Quo pacto sacerdos et victima dicendus. 451, 5.
 Christi sacerdotium diversæ et longe perfectioris rationis quam sacerdotium legis novæ, veteris et naturæ, quæ sacerdotia invicem comparentur. 453, 7.
 Dicit solam potestatem et dignitatem convenientem naturæ ratione unionis, characterem vel aliam qualitatem nullam ponit. 452, 3.
 In suo vero genere importat infinitam quamdam dignitatem. 453, 7.
 Christus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, in ratione representati et representantis. 457, 11 et seq.
 Non tamen secundum ordinem Aaron. 452, 4.
 Sacerdotium Summum, vide ESAU. XIII.
 Sacerdotium, vide SIMONIA. ib.
 Sacerdotalis status perfectio. XVI, 594, 4.
 Sacerdotes sunt quasi cor, et stomachus Ecclesiæ, ex Chrysostomo. ib.
 Leviticum imperfectius quam Sacerdotium Melchisedech. XIX, 158, 1.

SACRA.

Sacra dicuntur omnia deputata ad sacramenta vel sacrificia peragenda. XX, 283, 1.

SACRAMENTALIA.

Quæ dicantur. XIII, 690, 1.
 Qua transeuntia, quæ permanentia. ib.
 Sunt cæremoniæ et circumstantiæ religiosæ, adjunctæ sacramentis, vel sacrificio, extra eorum essentiam. XX, 283, 1.
 Mediate tantum respiciunt cultum Dei, hominum-

que sanctificationem, in quo differunt a sacramentis et sacrificio. 284, 3.
 Eorum usus pius, et ad religionem spectans. 286, 4.
 Ex fine vel ritu distinguuntur. 284, 3.
 Ad quatuor utilia. 286, 4.
 Materia et forma eorum et ritus a potestatem habente instituenda. 287, 1.
 Interdum ad imitationem Christi introducta, non tamen ab eo immediate instituta. ib., 2.
 Sed per Apostolos vel eorum successores. 288, 3.
 Quæ ab Apostolis, quæ a Conciliis instituta, qui cognoscendum. ib.
 A quo possint mutari. 289, 4.
 Ministri eorum ab eo designari possunt, a quo et ipsa institui. ib., 5.
 Regulariter, qui potest sacramentum, ad quod ordinantur, conferre, potest ea ministrare. ib.
 Possunt esse valde meritoria, licet non conferre gratiam habitualement, aut auxiliantem ex opere operato. 290, 1 et seq.
 Speciale auxilium gratiæ impetrant, si ad id ex se ordinentur. 291, 7.
 Quomodo interdum remittant venialia. 292, 8.
 Non sunt ad reatum pœnæ remittendum instituta, licet potuerint institui. 291, 9.
 Multa habent efficaciam coercendi et expellendi dæmones. 292, 10.
 Quæ efficacia supernaturalis est, et a sanctitate ministri independens. 293, 11-12.
 Sed moralis tantum. 294, 13.
 Aliqua habent vim conferendi beneficium temporale, et quomodo. 295, 15.
 Ea ministrans in peccato mortali, secluso contemptu, non peccat mortaliter. 304, 10.
 Qualia sint sacramentalia ministrata ab excommunicato. XXIII, 301, 9-10.

SACRAMENTUM.

Sacramenta sunt quædam gratiæ. VII, 141, 15.
 Sacramentum, vide PRÆCEPTUM. VII.
 Sacramentorum valor a nobis certo non scitur. IX, 541, 9.
 Nec item eorum efficacia. 542, 10.
 Sacramenta superflue instituta non sunt, licet Deus de potentia absoluta aliter homines sanctificare possit. 121, 8.
 Sacramenta nulli secundarium effectum dant, nisi cui primarium conferunt. 292, 2.
 In sacramento pœnitentiæ fit gratuita remissio culpæ, non semper totius pœnæ. 213, 30.
 Sacramenta ex se semper gratiam conferunt. 15, 7.
 Sacramenti votum cum contritione. Vide CONTRITIO. Vide ATTRITIO, GRATIA, PECCATUM. IX.
 Sacramenti duplex materia, proxima et remota. XIII, 679, 2.
 Illius emptio intrinsece est mala, contra Sotum. 683, 7.

Cujus opinio singularis et improbabilis. 683, 7.
Sacramenti emptio potest esse contra charitatem. 676, 6.

Vide SIMONIA. XIII.

Qua ratione ex latere Christi profluxerint. XVIII, 334, 10.

Organa sunt per quæ merita Christi nobis applicantur. 358, 9.

Quivis sacramentorum effectus præmium est meritum Christi. 356, 4 et seq.

In lege Evangelica cultus sacramentorum adorationem patriæ continet. 562, 11.

De usu Sacramentorum B. Virginis, vide MARIE USUS SACRAMENTORUM. XIX.

In sacramentis novæ legis verba instituta ad significandos spirituales eorum effectus. XIX, 373, 7.

In sacramentis veteris non erant verba quæ haberent rationem formæ. ib.

Ratio formalis sacramenti, quæ. 381, 9.

A sacro dictum. XX, 2, 3.

Variæ hujus nominis significationes. ib.

Accommodatum jam est ad significandum signa sensibilia specialem gratiam continentia et significantia. ib.

Apud Latinos idem significat, quod apud Græcos mysterium. ib.

A sanctitate denominatur, ut a forma extrinseca, et ut a termino. 5, 2.

Dicit habitudinem signi sanctitatis. ib.

Et quasi causæ formalis, conferentis sanctitatem aliquam, saltem extrinsece. 8, 3.

SACRAMENTORUM DOCTRINA.

Licet difficilis, suavis et utilissima. XX, 1, 2.

Partim speculativa, partim practica. ib.

SACRAMENTI ESSENTIA ET SIGNIFICATIO.

Est signum sacrum ex parte rei significantis et significatæ seu significationis. XX, 8, 2 et seq.

Sacramentum et sacrificium, in quo convenient et differant. 10, 6.

Debet sacramentum esse cæremonia ex parte materiæ instituta ad conferendam aliquam sanctificationem, et perfectam animæ sanctitatem significantam. 14, 7 et seq.

Non significat aut necessario confert gratiam ex opere operantis. ib., 7.

Univoca ratio sacramenti ex univoca sanctitatis significatione sumenda. 14, 7 — 17, 12.

Significare potest perfectam gratiam, et conferre imperfectam. 15, 9 — 16, 11.

Abstrahit a signo demonstrativo, vel promissivo, seu hypognostico. 16, 11.

Quomodo signum practicum. ib.

Conferre et significare sanctitatem, quomodo constituentur essentiam sacramenti. 17, 13.

Cur magis in ratione signi, quam causæ sanctitatis, ejus essentia consistat. 18, 13.

Est signum humanum et sensibile. ib., 2-3.

Est signum ad placitum, et qualiter ex impositione significans. 20, 4-5.

Ejus partes, ad modum partium entis artificiosi unitæ, aliquomodo unum per se constituunt. 22, 1.

Duæ definitiones sacramenti. ib., 3.

MATERIA.

Constare debet sacramentum re sensibili, aliquam analogam similitudinem habente cum re quam significat. XX, 20, 5.

Hæc proportio interdum est in vocum significatione, quæ respectu sacramentalis se habet ut materia. ib., 5 — 33, 5.

Non omne sacramentum constat rebus et verbis, ut materia et forma. 31, 1.

Materiæ hujus determinationem potest Deus homini committere. 38, 2 — 72, 2.

INSTITUTIO SACRAMENTORUM.

A solo Deo, vel ab ejus potestate habente, institui possunt. XX, 13, 10.

Publica et stabili lege eis significatio imponenda. 21, 7.

Etsi nullum esset peccatum expiandum, poterant a Deo institui. 60, 5.

VOTUM SACRAMENTI.

Per sacramentum in voto nequit dari effectus directe pugnans cum reali ejus susceptione. XX, 722, 6.

Sacramentum in voto non causat effectum ex opere operato. 123, 3.

UTILITAS.

Non sunt ex se sacramenta necessaria. XX, 52, 1 et seq.

Sola sacramenta, quæ per se primo conferunt primam gratiam, sunt media necessaria ad salutem ex institutione. 92, 3 — 728, 18.

Utilitates significationis sacramentorum. 59, 4.

EFFICIENTIA SACRAMENTORUM.

Supposita divina promissione, effectus sacramenti est infallibilis obice deficiente. 725, 14.

Seclusa promissione non habet effectum. ib.

MINISTER.

Jocosa intentio ministri non semper destruit sacramentum. XX, 246, 10.

Nec contrariæ ejus voluntates, si sufficientem intentionem non excludant. 248, 13.

De intentione ejus sufficit moralis certitudo. 247, 11.

Ut sacramentum fiat, ministri intentio requiritur, saltem virtualis. 250, 3-4.
 Absoluta, vel conditionata, quæ statim transeat in absolutam. 252, 7.
 Peccat vero minister sine causa adhibens talem conditionem. ib.
 Quod si conditio sit de futuro, nullum reddit sacramentum. 253, 8.
 Si de divina scientia seu prædestinatione, reddit sacramentum incertum. ib., 9.
 Non est contra substantiam sacramenti omnis intentio quæ est contra bonos mores. 344, 5.
 Debet cadere in determinatam personam et materiam sine substantiali errore. 254, 10.
 Qui error substantialis in intentione ministri. ib., 11.
 Membra etiam abscissa assumit Christus, ut ministros sacramentorum. 247, 11 — 256, 6 — 263, 22.
 Ministrare sacramenta pertinet ad pastores Ecclesiæ. 297, 4.
 Potestas ministrandi licite, supponit potestatem conficiendi sacramentum, et addit jus seu jurisdictionem. 295, 1.
 Minister, si de hac potestate ita dubitet, ut non probabilius iudicet se habere illam, non potest nisi ex urgente causa ministrare. 296, 2.
 Solus qui licite potest ministrare, potest ad id obligari. 297, 5.
 Hæc obligatio interdum ex charitate, interdum ex justitia oritur, et quomodo. ib.
 Peccat graviter minister, mutando formam vel materiam, et utendo incerta licet probabiliter, cum potest certam adhibere, et non habendo debitam intentionem. 298, 2-3.
 Imo mutando vel omittendo ritum accidentalem, nisi ex levitate materiæ sit tantum veniale. 300, 6 — 309, 2-3.
 Ignorantia facti sæpe posset illum excusare, non vero juris regulariter. 298, 2.
 Minister ex officio, si non sit in gratia, tenetur sub mortali se præparare ad illam, ut ministret sacramentum. 301, 2.
 Alias erit mortale, eoque gravius, quo minister indignior fuerit, et dignius sacramentum. 302, 4.
 Per solam attritionem cognitam non se præparat, nisi conteratur vel confiteatur; alterum enim sufficit. ib., 5-6.
 Clerici inferiores subdiacono, licet in peccato mortali proprium munus exerceant, non peccant mortaliter, imo nec diaconus aut subdiaconus regulariter. Nec Episcopus sacramentalia exercens. 303, 8 et seq.
 Nec qui non ex officio, sed ob necessitatem private ministrat. 307, 4.
 Solum nominatim excommunicati, et notorius per-

cussor clerici, ut non toleratus, vitandus est in sacramentorum ministerio. 315, 6.
 Dans sacramentum indisposito, et contra speciale sui muneris præceptum, et contra generale non cooperandi alterius delicto, peccat graviter. 319, 2 et seq.
 Quæ diligentia adhibenda a ministro ut de alterius dispositione constet. ib., 2.

USUS SACRAMENTORUM.

Aliquando divino, interdum ecclesiastico jure, præceptus. XX, 310, 3.
 Per accidens potest esse obligatio sacramenti, cuius per se non est præceptum. 310, 4.

NOMINA SACRAMENTORUM EX SCRIPTURA ET PATRIBUS.

Verba visibilia rerum divinarum, signacula, sacra signa, signa mystica. XX, 9, 4.
 Spiritualis medicina contra vulnera peccati. ib.

SACRAMENTA NOVÆ LEGIS.

AN SINT ET QUOT.

Sunt in nova lege vera sacramenta. XX, 91, 2.
 Septem tantum species ultimæ sacramentorum. 274, 6.
 Cur non plura sacramenta, ex proportione vitæ corporalis et spiritualis ostenditur. 273, 7.
 Ordo inter illa ex ipsorum fine. 278, Com.

ESSENTIA ET SIGNIFICATIO.

Essentialiter habent significare gratiam, gloriam, et Christum utriusque auctorem, et sanctitatem, quam conferunt. XX, 12, 3.
 Sex immediate significant gratiam et gloriam, mediate Christum, Eucharistia e converso. ib.
 Sunt signa commemorativa passionis, et prognostica gloriæ. ib.
 In eis prius sanctificatio, quam significatio intenditur. 17, 14.
 In omnibus reperiuntur res tantum, sacramentum tantum, res et sacramentum simul. 19, 3.
 Eorum definitio. 22, 3.
 Sacramentum in his, quæ in usu consistunt, pro toto composito, subjectoque sacramentalis significationis supponit. 34, 3.
 In quibus applicatio et usus sacramenti non distinguuntur. 774, 6.
 Tum existere dicitur sacramentum, cum perfecte significat. 131, 17.

MATERIA ET PARTES COMPONENTES.

Cur sub sensibili materia condita. XX, 1, 1.
 Nec dedecbat perfectionem novæ legis. 92, 3.
 Materia sacramenti aliquando est determinata in specie, aliquando in genere tantum. 39, 3.

- Juxta usum humanum eadem vel diversa censenda. 42, 4.
 Omnia novæ legis sacramenta componuntur ex rebus et verbis, saltem secundum aliquam proportionem. 31, 2.
 Compositio hæc fit media aliqua unione. 36, 4.
 Morali potius quam physica. ib., 5-6.
 Non est necessaria physica concomitantia vel aliquarum partium coexistentia. 36, 5.

FORMA ET SIGNIFICATIO.

- Forma sacramenti magis determinata quam materia. XX, 39, 3.
 Mutatio verborum formæ in alia non destruit sacramentum, dummodo substantialem sensum non mutet. 44, 3.
 Etiam si fiat a ministro volente novum ritum introducere, nisi ponat verbum ambiguum ex intentione sensus falsi. 49, 9-10.
 Verba æquivoca, in sensu formæ prolata et ex intentione et aliis circumstantiis, non mutant formam sacramenti. 43, 8.
 Substractio particulæ, et omnis mutatio quæ sensum non variat, accidentalis est, et ibidem de aliis mutationibus. 44, 12 et seq.
 Communioribus verbis secundum Ecclesiæ usum est forma explicanda. 44, 9.
 Non oportet vulgari lingua proferri. 43, 7.
 Mutatio verborum formæ in scripturam vel nutus in matrimonio solum valet. 43, 14.
 Error in forma non expressus non destruit sacramentum. 47, 6.
 Non est necesse ut forma explicet omnes causas sacramenti. 348, 2.

COMMUNIA MATERIE ET FORMÆ.

- Utraque significat. XX, 34, 3.
 Debent esse determinata juxta Christi institutionem. 26, 1 — 38, 2-3.
 Mutatio substantialis in qualibet destruit sacramentum, secus accidentalis. 41, 2-3.
 Materia et forma eadem ubique, non tamen ritus. 50, 1-2.

INSTITUTIO.

- Quæ a Christo facta, nullo modo ab Ecclesia potest mutari. XX, 31, 3.
 In multis excedit institutionem sacramentorum legis veteris. 224, 9.
 Delegata potestas instituendi sacramenta, licet potuerit communicari, nulli tamen creaturæ communicata, nec communicanda. 225, 3 et s.
 Nec secundum rationem genericam nec specificam, omnia ad dandam primam gratiam instituta, sed vel illam, vel aliquod gratiæ augmentum. 106, 4 — 109, 10.

NECESSITAS.

- Omnia utilia, non tamen omnia necessaria. XX, 282, 2.
 Necessitas mediæ et præcepti respectu sacramentorum, quæ. 281, 2.

EFFICACIA.

- Per utramque partem efficiunt. XX, 31, 3.
 Non additur illis aliqua qualitas, per quam causent. 100, Comm.
 Per quid eleventur. 147, 21.
 Ut instrumenta physica causant gratiam habitua-lem, sacramentalem moraliter tantum. 136, 2 — 135, 14.
 Neque ad hoc indigent prævia actione. 149, 23.
 Quomodo causant. 130, 13.
 Ad effectum, qui interdum datur, recedente fictione, moraliter tantum concurrunt. 157, 20.
 Magis repugnat sine gratia reddere hominem gratum, quam gratiam producere. 138, 4.
 Ut in voto, non causant gratiam ex opere operato. 122, 2.

SUBJECTUM SACRAMENTI.

- Omnes et soli viatores sunt sacramentorum capaces, Angeli tantum de potentia absoluta, irrationalia vero sacramentalium tantum. XX, 264, 2 et seq.
 Status viæ quoad hoc a nativitate inchoatur. 265, 5.
 Tenetur suscipiens adhibere necessaria ex parte sua ad substantiam, et decentem modum recipiendi sacramentum. 314, 2.
 Non semper tenetur accedere in gratia, sed dispositus ut illam suscipiat. 312, 4.
 Graviter peccat petendo a non habente vel irritante potestate. 313, 4.
 Et a prohibito, excommunicato et hæretico, licet rite datur et parato. ib.
 Non vero semper peccat recipiens sacramentum a publico concubinario. 315, 7.
 Vel ab eo, qui cum possit licite dare, daturus non est sine peccato. 316, 10.
 Ex juxta causa interdum hoc licere, et quando, ac quomodo, late tractatur. ib., 11 et seq.
 Sufficiet petenti, quod sibi moraliter non constet de indispositione ministri. 318, 15.

DISPOSITIO.

- Per ordinem ad gratiam habitualement pensanda. XX, 110, 14.
 Quodcumque mortale, actuale vel habituale, non detestatum, saltem per attritionem, impedit effectum sacramenti, secus veniale. 115, 7 et s.
 Ad recipiendam remissionem peccati mortalis, et primam gratiam per sacramentum, requiritur

dispositio per aliquem actum saltem attritionis, quæ in sacramentis vivorum non sufficit, nisi per accidens. ib., 7.
 In habente tantum originale, sufficit voluntaria conversio, qua propriam justificationem et divinam amicitiam amplectatur. ib., 6.
 Ad augmentum gratiæ sufficit status gratiæ. ib., 8.
 Quæ dispositio ad sacramentalem gratiam. 110, 11.
 Et ut crescat sacramenti effectus. 121, 6.
 Dispositionum æqualitas, unde sumenda. 511, 11.
 Nulla qualitas per modum ornatus producitur a sacramentis. 136, 3.
 Ut sacramentum adulto collatum sit validum, requiritur ejus voluntas formalis, virtualis, vel interpretativa. 267, 4.
 Non tamen fides, justitia vel pœnitentia, nisi in sacramento confessionis. 269, 6.

EFFECTUS.

Omnis vera justitia per sacramenta incipit, augetur vel reparatur. XX, 1, 1.
 Omnia causant gratiam habitualement ex opere operato, obice deficiente. 102, 6 — 103, 2 — 113, 2.
 Aliqua conferre possunt primam gratiam, imo omnia aliquando. 107, 6 — 109, 12.
 Virtutes et Spiritus Sancti dona simul cum gratia conferuntur vel augetur. 109, 13.
 Unumquodque suam propriam gratiam sacramentalem efficit. 110, 1.
 Sacramenta vivorum non remittunt mortale nisi in voto pœnitentiæ. 113, 6.
 Effectus sacramenti nec ex Dei voluntate vel prædestinatione, nec ex ministri merito, vel impetratione augetur. 119, 4.
 Quo major dispositio, effectus est major. 120, 5.
 Effectus proprie sacramentalis non datur per votum sacramenti. 123, 3.
 Omnia, quæ imprimunt characterem, habent suum effectum recedente fictione. 531, 1.
 Non omnia characterem imprimunt. 189, 2.
 Quæ imprimunt prius moraliter efficiunt illum quam gratiam. 192, 7.
 Non suppletur a Deo, si irritum fiat sacramentum. 233, 4.

MINISTER.

Ille verus est minister, quem Christus designavit seu instituit. XX, 239, 1.
 Medio sacramento efficit effectum sacramenti, nec habet alium influxum. 215, 2-3.
 Consecratio, bonitas vel fides ministri, nihil confert ad substantiam vel majorem effectum sacramenti. 216, 4 — 228, Com. — 233, 6-7 — 260, 11.
 Soli homines ministri sacramentorum, licet non omnes. 239, 2 — 241, 5.

Neque Angeli de potentia ordinaria, nec anima separata, bene tamen homo, etiam cum corpore glorioso resurgens. 210, 3-4.
 Minister sacramenti non se gerit ut præcise referens alterius voluntatem, sed potestate utens. 244, 7.
 Minister ab Ecclesia prohibitus, si omnia requisita adhibeat, licet ministrando peccet, verum conficit sacramentum. 51, 3.
 Triplex potest haberi intentio circa sacramentum. 233, 2.
 Requiritur intentio faciendi quod Christus et Ecclesia, non externas operationes tantum. ib., 1 — 243, 6.
 Defectus intentionis irritat sacramentum. 238, 2.
 Semper præsumenda, nisi defectus constet exterius. 233, 4.

DIGNITAS.

Cur perfectiora et digniora sacramentis veteris legis. XX, 93, 2.
 Quem ordinem præfectionis servent. 231, 3.

NOMINA EX SCRIPTURA ET PATRIBUS.

Septem columnæ, quas sibi divina sapientia excidit, ut supra eas Ecclesiæ domum ædificaret. XX, 1, 1.
 Septem uberrimi gratiæ fontis, quos Verbum Dei in sua domo perennes esse voluit. ib.

ERRORES VARI.

Error dicentium non requiri determinata verba, sed verbum concionatorum tantum, impugnantur. XX, 39, 5.
 Qui hæretici omnia hæc sacramenta negarint. 91, 1.
 Error dicentium non conferri gratiam nisi excitando fidem, refellitur. 103, 7.
 Error etiam confutatur dicentium non significare sanctificationem, sed divinam tantum benevolentiam aut prædestinationem, vel esse sigillum justitiæ acceptæ per fidem. 11, 2.

SACRAMENTA VETERIS LEGIS.

Alia præter circumcisionem, quæ ad tria capita reducuntur. XX, 88, 2 et seq.
 Non omnes cæremoniæ illius legis fuere sacramenta, sed quæ circa inanimata, sacramentalia tantum. 89, 4.

ESSENTIA.

Eorum definitio. XX, 22, 3.
 Univoce conveniunt cum sacramentis novæ legis. 14, 7.
 Eorumque discrimen. 17, 12.
 Fuere nostrorum figuræ, et significabant gratiam per Christum dandam. 15, 9 — 89, 4.

Non significabant gloriam ut post illum statum consequendam. 17, 12.
 Non habuerunt propriam materiam et formam, determinatum tamen ritum. 39, 4.
 Omnia a Deo immediate instituta. 224, 8.
 Ex præcepto tantum necessaria his, qui ex lege circumcidebantur vel legem profitebantur. 89, 5.
 Nec ut physicae, nec ut morales causæ gratiam conferebant ex opere operato, quia eam non continebant. 173, 12 — 176, 3.
 Merebantur per illa iusti de condigno gratiæ augmentum. 179, 6.
 Non imprimebant characterem. 188, 4.

SACRAMENTUM.

Qua ratione in sacramento partes assignentur. XXII, 280, 1 et seq. — 282, ib.
 Sacramentum per se institutum ad actualis peccati remissionem per se etiam requirit motum contra illud ad dignam receptionem. 829, 7.
 Sacramenta ab excommunicato recepta, qualia sint. XXIII, 284, 1 et seq.
 Excommunicatus sacramentum ministrans, aut sacrificium, peccat mortaliter. 290, 1.
 Excommunicatus non vitandus non est ita separatus ab administratione sacramentorum, sicut vitandus. 313, 3 et seq.
 Propter nullius sacramenti (excepto Baptismo et Ordine) indignam susceptionem incurritur irregularitas. XXIII bis, 388, 1.
 Quæ sacramenta prohibentur ministrari tempore cessationis a divinis. 297, 18 et seq.

SACRIFICIUM.

Sacrificium et oblatio differunt tanquam genus et species. XIII, 87, 1.
 Quid sit sacrificium. ib.
 Licet non sit in rigore de lege naturali, est quasi de jure gentium. 88, 3.
 Frequenter Patriarchæ in lege scripta sacrificium obtulerunt. ib., 4.
 Gentiles etiam sacrificium semper habuerunt. ib.
 Modus colendi Deum per sacrificium est honestus. 88, 3.
 Est conformis hominum naturæ. 89, 6.
 Circumstantiæ necessariæ, ut sacrificium honeste offeratur. ib.
 Est actio magis sacra et publica, quam oblatio. 89, 8.
 Non omnes fideles eodem modo sacrificarunt. ib.
 Sacrificiorum usus non ita voluntarius semper fuit ut oblationum. ib.
 Sacrificium in lege nova est de jure divino a Christo institutum. 90, 9.
 Celebratur in mysterio Eucharistiæ conficiendo. ib.

Præceptum sacrificii hujus datum est Ecclesiæ. 90, 10.
 Quomodo per sacerdotes offeratur, et quomodo per alios fideles. ib.
 Sacrificium an sit offerendum distinctum a primitiis, vide PRIMITIÆ. XIII.
 Sacrificium sub sacramentis comprehenditur. 674, 1.
 Sacrificatur soli Deo. XIV, 819, 18.
 Variæ hujus nominis acceptiones. XVII, 448, 1.
 Quod proprie sacrificium dicatur. ib.
 Solius Dei proprium. 562, 11.
 Christo enim ratione humanitatis non offertur. 573, 3.
 Est essentialiter adoratio. 563, 12.
 Sacrificia, quæ inter se essentialiter distinguuntur, si a religione imperentur, solum materialiter differunt in ratione divini cultus. ib.
 Sacrificium Jephthæ filiam occidentis quale. XIX, 407, 2, 3.
 Num Christi passio fuerit proprie sacrificium. 609, 1.
 Sacrificium agni paschalis a quo offerebatur. 648, 5.
 Figura fuit sacrificii Christi cruenti, et incruenti. 659, 13.
 Aliquæ significationes metaphoricæ hujus nominis. XXI, 602, 2.
 Ejus etymologia. ib.
 Quid proprie sacrificium dicatur. 602, 3-4.
 Proprius de actione sacrificandi, quam de re sacrificata dicitur. 613, 3.

ESSENTIA.

In quo convenient et differant sacrificium et sacramentum. XX, 10, 6.
 Sacrificium sub genere signi ad placitum constituitur. XXI, 602, 3-4.
 Præcipua sacerdotis actio est sacrificium. 602, 2.
 Supremum patriæ cultum continet. 604, 2.
 Moralis significatio de ejus essentia, non mystica, licet probabile sit omnia sacrificia a Deo instituta mysticam habuisse. ib., 2 et seq.
 Duplex sacrificii definitio. 617, 3.
 Internus cultus, sacrificandi propositum, vocalis laus divina, mors martyrum solum analogice dicuntur sacrificia. ib., 4.
 Non est de jure naturæ, licet sit valde accommodatum ad implendum præceptum naturale colendi Deum. 624, 8.
 In unoquoque sacrificio, cultus Dei externus, mystica significatio et satisfactio pro peccato consideranda. 629, 11.
 Ratio sacrificii potior ratione sacramenti, licet non in omnibus inferioribus. 683, 1.
 Diversus ritus in sacrificando, si idem semper motivum adsit, constituit diversa specie sacrificia, quatenus sensibilia signa sunt, non qua actus virtutis. 682, 6.

Non est de essentia sacrificii, quod proximus offerens de illo participet. 667, 5.
Vide SACRAMENTUM, § Essentia. XX.

MATERIA ET FORMA.

Materia sacrificii consistit in oblatione rei permanentis Deo immediate facta. XXI, 612, 2.
Oblatum et rem oblatam comparando, hæc ut materia, illa se habet ut forma. 613, 3.
Per hanc oblationem debet immutari res oblata, et qualiter. 614, 4-5 — 667, 6.
Non est necessarium in omni sacrificio re distingui actiones quibus res consecratur, offertur, et immutatur, seu consumitur, sed sufficit esse ratione distinctas. 615, 6.
Requiritur tamen in quovis sacrificio aliquid, quod ab aliquo alicui pro aliquo offeratur, non tamen oportet hæc omnia esse realiter distincta. *ib.*, 7.
Requiritur etiam altare et legitimus minister. *ib.*, 7-8.

INSTITUTIO.

Ad sacrificia instituenda satis magna causa est gratiarum actio. XX, 57, 2.
Sacrificiorum usus fidelibus et infidelibus communis. XXI, 605, 3.
Semper potuerunt homines sacrificia instituere, licet Deus in aliqua republica hanc potestatem sibi reservaverit. 607, 3-4.
Necessaria est ad hoc publica auctoritas. 610, 2 et seq.

QUOTUPLEX SIT.

Aliud honorarium, aliud in expiationem peccati. 10, 6.
Aliud legis naturæ, aliud scriptæ, aliud gratiæ, et in quo hæc inter se differant. XXI, 619, 2.
Sacrificia, quæ ex animalibus fiebant, hostia et victima; quæ ex terræ fructibus, immolationes; quæ ex liquoribus, libamenta dicebantur. 619, 3.
Aliud holocaustum, aliud hostia pro peccato, aliud hostia pacifica. *ib.*, 4.
Aliud cruentum, aliud incruentum. 620, 5.
Alia in varios quæque fines instituta. *ib.*, 6.
Sacrificium propitiatorium triplex. 630, 13.

EFFECTUS ET MINISTER.

Cur idem sacrificium multis prodesse et pro pluribus offerri possit, non vero sacramentum. XX, 101, 6.
Minister sacrificii sacerdos, qui publica debet auctoritate designari vel consecrari. XXI, 610, 3.

SACRIFICIUM NOVÆ LEGIS.

Cur Deus sibi reservaverit institutionem sacrificii in hac lege. XXI, 608, 4.
Est in hac lege verum sacrificium quod, unicum

cum sit, omnes sacrificiorum rationes perfectissime continet. 620, 6 — 626, 4.

Potuit esse in hoc lege sacrificium cruentum, quod valde excederet cruenta legis veteris. 632, 17.
Cur in hac lege unicum sit sacrificium, cum tot sacramenta. 644, 2.
Vide verbum MISSA. XXI.

SACRIFICIA VETERIS LEGIS.

Multa fuere, quæ tamen non erant sacramenta. XX, 10, 6.
Univoce participant rationem sacrificii cum nostro. 14, 7.
In alicujus rei interitu, potius quam in effectione seu productione, instituta. XXI, 667, 6.

SACRIFICIA LEGIS NATURÆ.

Etiam lege naturæ, fuit sacrificium cruentum et incruentum. XXI, 620, 5.
Vide verbum LEX NATURÆ, XX, et verb. MELCHISEDECH, XXI.

SACRIFICIUM.

Sacrificium oblatum pro excommunicato, an illi prosit. XXIII, 273, 2 et seq.
Quid de offerente. 275, 8.
Quid de sacrificio ab excommunicato oblato nomine Ecclesiæ. 312, 11.

SACRILEGIUM.

Sacrilegium injuria est contra justitiam Deo debitam. XI, 533, 15.
An peccatum omne in ecclesia factum sit sacrilegium. XXIII, 407, 6 et seq.
Quomodo ex prohibitione Ecclesiæ fiant actiones aliquæ sacrilegæ. 394, 1.
Furari rem non sacram de loco sacro est sacrilegium mortale. 401, 7.
Ex solo jure divino non esset mortale. 402, 8.
Quando ex levitate materiæ sit veniale. *ib.*, 9.
Fornicatio simplex in ecclesia occulte facta est sacrilega. 406, 4.
Probabile est, peccata mentalia in templo facta non esse sacrilega. 408, 7.
Actus impudici graviore in ecclesia mortalia sacrilegia sunt. 409, 11.
Aspectu turpia, et similia venialia sunt sacrilegia, si fiant in ecclesia. *ib.*
Quid sit sacrilegium. 601, 1.
Divisio sacrilegii in tres species. 603, 5.
Sacrilegium peccatum mortale est ex suo genere. 618, 1.
Potest esse veniale ex levitate materiæ, vel inadvertentia. *ib.*, 2.
An malitia sacrilegii possit esse sola in actu. 620, 9.
Multiplicatio prohibitionum circa sacrilegia est in confessione aperienda. 606, 7.

Species sacrilegii quo pacto inter se distinguantur. 611, 2.
 In tribus casibus incurritur censura ipso facto pro sacrilegio. 620, 11.
 Poena pecuniaria est imposita pro sacrilegio. ib.
 Sacrilegium, vide SIMONIA. XIII.

SACRILEGIUM CONTRA PERSONAS.

Persona quomodo fiat sacra, ut contra eam committatur sacrilegium. XIII, 604, 1.
 Sacrilegium non est injuria facta christiano, vel homini justo. 604, 3.
 Quot sacrilegiorum genera dentur contra personas sacras. 605, 4.
 Injicere manus violentas in has personas, sacrilegium est ex jure positivo, non ex natura rei. ib.

Exigere tributa a clerico est sacrilegium. 606, 8.
 Violatio voti castitatis similiter. ib., 1.
 Ordinibus minoribus initiati, peccando contra castitatem, vel nullum vel solum veniale sacrilegium committunt. 609, 8.
 Idem dicendum de diaconatu et subdiaconatu, præscindendo a voto. ib.
 An peccata carnis in sacerdote sint sacrilegia, præscindendo a voto. 609, 9.

SACRILEGIUM CONTRA LOCA ET ALIAS RES SACRAS.

Violatio festi non audiendo missam non est sacrilegium. XIII, 610, 1.
 Violationem festi per opus servile probabile est esse sacrilegium. ib., 1-2.
 Peccare in die festo probabile est esse sacrilegium veniale. ib., 2.
 Cur sacrilegium contra tempus non constituat speciem sacrilegii particularem. ib.
 Opinio negans per violationem temporis sacrilegium committi. 614, 3.
 Contra Eucharistiam, cur non committatur sacrilegium. 614, 2.
 An irreverentia facta imaginibus et reliquiis sit sacrilegium. 615, 3.
 Impugnatur opinio asserens percussionem clerici non esse sacrilegium. 616, 5.
 Quæ res in materia sacrilegii numerentur. 617, 8.
 Pervertere Scripturam sacram est sacrilegium. ib., 9.

Abuti Scriptura ad res turpes, grave peccatum est. ib.
 Adorare imaginem Sancti cultu patriæ, an sit sacrilegium per excessum. 619, 7.
 Colere in missa, vel cultu publico, Sanctum nondum canonizatum vel beatificatum, sacrilegium est per excessum. ib.
 Sacrilegium committi potest per excessum et per defectum. ib., 8.

SACRILEGIUM, SACRILEGUS.

Ecclesiæ fractor et raptor ipso jure excommunicationem incurrit. XXIII, 576, 4 et seq.
 Ob crimen sacrilegii nulla incurritur irregularitas. XXIII bis, 420, 5 et seq.

SALMERON.

Salmeron debitum peccati originalis in Virgine agnoscit. IV, 623, 38.

SALOMON.

Salomonis somnus cum petiit sapientiam explicatur. XIV, 214, 10.

SALSEDO.

Salsedo mari quando et unde indita. III, 435, 20-21.

SALUS.

Initium salutis quid sit, et quotuplex. I, 338, 12.
 Vide GLORIA. I.
 Salutis initium unde sumendum sit. X, 331, 2.
 Salutis initium a solo Deo operante in nobis, sine nobis libere operantibus. 332, 3.
 Quam distinctionem de initio salutis meditati sint alii doctores. 333, 1-2.
 Salutis initium nullo modo est a nobis non solum merentibus, verum nec libere cooperantibus, etiamsi determinatio sit a nobis operantibus libere. 334, 1.
 Initium salutis est ex gratia, et non ex libero arbitrio. 338, 1.
 In necessariis ad salutem Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso. 382, 1-2.

SALUTATIO ANGELICA.

Salutatio Angelica non debet sciri sub præcepto. XIV, 235, 10.
 Salutatio Angelica explicatur. 255, 4 et seq.

SALUTATIO DEO GRATIAS.

Salutatio *Deo gratias* est antiquissima in monachis. XV, 245, 10.

SALVE REGINA.

Salve Regina probatur et exponitur. XIV, 260, 19 et seq.

SAMUEL.

Samuelis anima an vere apparuerit. XIII, 579, 15.

SANCTI.

Sanctorum sententiæ etiam quæ in decreto habentur, non habent vim legis. VI, 148, 11.
 Sanctorum dicta quando vim legis habere queant. 147, 9.
 Contra Sanctos etiam datur blasphemia. XIII, 456, 1 et seq.

In blasphemia contra Sanctos, altera malitia est contra Deum, altera contra Sanctos. 463, 19.
 Cultus ab Ecclesia exhibitus Sanctis non involvit idololatriam. 487, 15.
 Sancti possunt coli religionis vel dulciæ actu. 616, 6.
